








Libri II
de
CIMBRIS
et
GOTHIS.

CIMBRORUM ET GOTHORUM ORIGINES, MIGRATIONES, BELLA, ATQVE COLONIÆ,

Libris Duobus

à

M. NICOLAO PETREIO,
Qvondam Præposito Synderaas
& Pastore in Aas,




recensita,

Nunc vero primum in lucem
editæ.



LIPSIÆ

Ex officina Johann Melchior Lieben.
Anno 1695.



Amplissimo Viro
DOMINO
NICOLAO KAAS,
Regis Daniæ Friderici II.
Cancellario prudentissimo,
H. S. D.
NICOLAUS PETREIUS.

PErqvam multum sane debebunt antiqvitatum Danicarum curiosi Saxoni Grammatico Sialandico, Viro doctrinâ excellenti antiqvitatisqve indagatori diligentissimo, qvi res Danicas ex umbra in solem eduxerit; atqve adeo historiam Regum Danorum ab anno Mundi 2910. usqve ad Annum Ch. 1200, hoc est, per duorum millium ducentorum qvinqvaginta annorum curriculum produxerit. Qvod

si Gothia illa qvæ postea Gothla
dicta est, Danorum regum im
subjecta fuisset Saxonis ætate,
dubito, qvin antiqvitates eas
qvæ à me inventæ sunt, suo ope
jecisset. Verum Gothlandi ea
te, utpote liberi, cùm suam origi
tum progressum & alias antiqv
de Cimbris, Longobardis &
mannis arctiori custodia con
runt, qvàm ut à Saxone pers
rentur, qvod utiqve ego ex
sum, & nostra ætate factitatu
iamsi Danico sceptro subsunt,
igitur sine summa difficultate
pi, congessi & ad umbilicum
qvæ in hoc opusculo contin
qvamvis ad splendidissimam Sa
historiam non magis comp
qvàm umbra corpori conferri
Sed enim umbra haud exiguas
utilitates, qvarum, ut de cæteri
am, hæc inter infimas non est ce

da, qvod per eam horarum & temporis progreſſus dignoſcitur. Erit certe & hoc commodum perjucundum umbram hanc aſpicientibus: Nam præter reliqva ingreſſum Progenitorum noſtrorum in hoc Regnum, progreſſum in alias regiones, ſucceſſumqve diſtincte & perſpicue indicabit. Non diffido, Vir Generoſiſſime, qvin hocce umbraticum opus tuo patrocinio concreditum dicatumqve ea autoritate tuendum ſuſcipias, qvâ olim ſub tutela Danorum maximi Pontificis Abſalonis hiſtoria Saxonis edita eſt. Ita demum à tuis virtutibus nihil alienum feceris, mihi ſpem firmaveris, doctioribus, ut majora conentur, calcar addideris.

Vale.

PRÆFATIO

L. S.

PRodit nunc primùm in lucem, L. B., liber hic centum & viginti qvinqve abhinc annos jussu Generosissimi Domini Nicolai Kaas Cancellarii qvondam Regis Daniæ Friderici II. beat. & gl. mem. conscriptus, meliore sane fato dignus, cùm non solum fidès, qvâ majorum nostrorum origines vicissitudinesqve recensuit Autor, verum etiam industria illa, qvâ in monumentis Gothlandiæ antiqvissimis, veluti è tenebris eruendis iisqve cum aliis Historiæ Gothicæ scriptoribus conferendis usus est, satis meruit, ut lucem antea videret. Qvod qvidem munus instinctu Viri cujusdam Nobilissimi, in cujus Bibliotheca manuscriptum reservatur autographum, mihi suscepi, ne labores beati Autoris justô, licet serò, defraudarentur præmio, & ut illi à plagia-

riis

riis ſuus tandem poſtliminiò vindicaretur honos, illisqve debita apponeretur nota, ne aliena pro ſuis diutius venderent. Inter qvos merito nominare licet *Johannem Nicolaum Strelovium*, qvi Gothlandorum Chronicon lingvâ vernacula conſcriptum Hafniæqve Anno currentis ſeculi trigeſimo tertio impreſſum edidit: Qvod ſi, L. B. evolvere lubet, (*) te fallere neqvit, qvin Autorem hunc Danicè loqventem legere credas. Qvod crimen tamen ſubaccuſare eqvidem licuit, ſi Autorem hunc nominare dignaretur; ſed cum de ejus bona fide meritò qveri fas eſt, hâc admonitione ſuper ſedere nolui. Vale Lector amice & his fruere. Scribebam Hafniæ Anno Salutis Chriſtianæ M. DC. XCV.

Johannes Melchior Liebe/
Bibliopola.

(*) vid. Chron. Gothlandorum Strelov. à pag. 6. ad 34. & confer illud cum Autore ab initio lib. 2. usqve ad annum m. 1502.

AUTOR LECTORI.


NOn ego, si Momus lethalia spicula mittat,
Interea metuam turpiter ire retro.
Carpis & irrides aliorum Zoile facta,
Ocia cum damnas conscia pigritiæ.
Laude sua est celebris labor improbus ardua tentans:
At nihil excelsum desidiosus agit.
Velle suum cuiq; est, delectant otia pigrum:
Sedulitas cordi est assidus usq; Viro.
Progeniem sed enim Cimbrorum *ex stirpe Gomeri* (1)
Eduxi è tenebris, altanimosq; Patres.
Terribilesq; Gothorum *acies, quæ se agmina miscent,* (2)
Res quibus afflicta contigit Italia.
Estq; pharetratus Geta *adhuc diversus ab hocce,* (2)
Interitu qui urbem perculit Ausonidum.
Unde Gothus *noster* Geta *sit dictus, reseravi;*
Supplex namq; Gotho *fit* Geta *terribili.*
His mea magnanimos junxit quoq; chartula Danos, (4)
Addidit & Dacos, *quos juvat esse feros.* (5)
Fas Longobardos *finit huc afferre vetustos,* (6)
Nomen & unde ortus, pagina nostra refert.

Incly-

Inclyta quæ magni Normanni regna peregi, (7)
E quibus egreſſum Sequana ripa videt.
Non ego rumores quoscunq; ſecutus aniles,
Sed renovo veterum quæ monumenta dabant.
Illectent alios externa trophæa, quid obſtat,
Si meus in patrio pulvere currat equus.

AUTORI.


NOcturnos imbres, ſpectacula & ampla diei,
Imperiiq; vices, dum canit ipſe Maro,
Condigna fugiunt grates, tulit alter honores;
O quid non paveant vivida corda prius.
Laude ſua eſt celebris labor improbus ardua tentans,
Aſt nihil excelſum deſidioſus agit.
Unica ſed ſupereſt tibi ſpes, ſolamen & unum,
Quod virtutis amor denotat ingenium,



Autores, qvi his suffragantur.

Æmilius.
Æneas Sylvius.
Albertus Crantius.
Ambrosius Calepinus.
Andreas Althamerus.
Ammonius.
Appianus.
Archilochus.
Arrianus.
Berosius.
Baptista Mantuanus.
Beda.
Beatus Rhenanus.
Blondus.
Cornelius Tacitus.
Claudianus.
C. Julius Cæsar.
Cassiodorus.
Conradus Gesnerus.
Cunmannus Flinsbachius.
Diodorus Siculus.
Dion Cassius.
Dictys Cretensis.
Eusebius.
Eutropius.
Erasmus Roterod.
Eginhardus in vita Caroli Magni.
Fridericus I. Daniæ Rex.
Fragmentum Gothicum.
Florentinus Jureconsultus.
Funccius.
Gregorius Thuronensis Episcopus.
Gildas Britannus.
Hunibaldus Hermannus.
Horatius.
Helmoldus.
Historia tripartita.
Josephus.
Joannes Camers.
Justinus.
Joannes Upsalensis.
Joannes Phrisemius
Joannes Ludovicus Vives.
Jornandes.
Joannes Trithemius.
Joannes Damascenus.
Ignatius.
Monumentum Gothicum.
Olaus Magnus Upsalensis.
Procopius.
Philippus Melanchthon.
Ptolomæus.
Plutarchus.
Petrus Apianus.
Plinius.

Petrus



Petrus Parvus Rosæfontanus.
Peucerus.
Paulus Orosius.
Pomponius Lætus.
Paulus Varnefridus.
Ponticus.
Raimundus Marlianus.
Rhegio.
Strabo.
Saxo Grammaticus.
Sozomenus.
Svetonius.
Sigibertus Gallus.
Sextus Aurelius.
Theodoricus Adamæus.
Titus Livius.
Wolffgangus Lazius.
Witikindus Saxo.
Valerius Cordus.



PRÆFATIO LIBRI PRIMI.

C*Imbricum* nomen à filio Japhet Gomero derivatum, * *Cimbricum* qvoqve regnum per ejus progenium antiqvitus cultum & habitatum, ratio ipſa, nec non eruditiſſimorum Virorũ ſcripta apertiſſime convincunt. Verùm qvô tempore, aut unde in regnum hoc, qvod *Dania* dicitur, adeo nobilis Colonia commigravit, à plerisq́ve ignoratur. De appellationibus qvoqve regni, (ſunt autem variæ, qvemadmodum & gentis) haud multis conſtat. Siqvidem ſecundum diverſitatem coloniarum & familiarum varias dominationes gens Danica ſortita eſt. Qvippe univerſa regio regionesq́ve ſingulæ penè partes habent ſuos populos,

* Cimbricum nomen à Gomero Japheti filio derivatur.

pulos, qvos consvetudine sua denominant. Hinc *Cimbri*, *Gothi*, *Dani*, & *Daci* dicti sunt, de qvorum appellationibus multi, qvicqvid in buccam venerit, proferunt. Ego verò non inertium aut feriatorum choro, neve in eorum semper versarer numero, qvorum vagetur animus errore, nec habeat unqvam qvid, & ut Patriæ altrici, qvæ pensum exigebat, aliqvo modo inservirem, gratitudinemqve animi testarer, sedulo volvi ac recolui haud exiguam Historiographorum aliorumqve autorum paginam, qvorum freqventi lectione, Monumentorumqve qvoqve rerum veterum à me in Gothlandia inventorum notitia adjutus de singulis Regni Daniæ nominibus, deqve Coloniis, qvæ vel aliunde huc venere, vel ab hoc regno aliò progressæ sunt, singulatim tenui filo expediam. Solertis siqvidem est Viri, patriæ suæ

origi-

originem & progreſſum, nec non qvæcunq; illi per ſuperiora tempora contigerint, cognita habere. Omnia etenim hæc & ſcire pulcherrimum eſt, & neſcire turpiſſimum. Tantiſper, Lectores, poſticam ſannam (rem etenim, non eloqventiam polliceor) depoſituros confido, dum autores, è qvibus hæc collegeram, mecum evolverint; qvod ſi diverſum fecerint, rationem eis conſtare meminerint.





LIBER PRIMUS DE CIMBRIS.

COnfuſione lingvarum facta Anno M. 1759, uti ex ſacra hiſtoria colligitur, Gomer cum filiis ſuis ſedes novas qvæſivit in diebus Peleg, cujus tempore diviſa eſt terra. Refert enim Beroſus antiq. rerum l. 4. in hæc verba: *Italiam tenuit Gomerus Gallus.* Item l. 5. ſcribit, *Gomerum Gallum anno decimo Saturni (qvem etiam Nimrodum appellant) colonias ſuas in regno, qvod poſt Italia dicta eſt, poſuiſſe, & regionem à ſuo nomine cognominaſſe illosq; docuiſſe legem & juſtitiam.* Sed & hoc inſuper addit idem Beroſus lib. eod. *Anno XL. ejusdem Regis aliqvot coloni ex filiis Gomeri in Bactrianis ſibi ſedes qvæſierunt.* Joſephus autem antiqvitatum libr. 1. cap. 14. ſcribit, *Gether, qvi nepos erat Sem, Bactrianos inſti-*

Gomeri adventus in Ital. A. M. 1797.

Bactriani.

tuisse. Verum hæc ita conciliari posse reor, qvod aliqvot ex filiis Gomeri primo in Bactra venerint, ut Berosus scribit; deinde ad hos accesserit Gether, Josepho teste. Verum Bactriani nihil ad nos. Igitur his missis, ad progenitores nostros revertamur. Gomerus tres filios genuit, Aschkenan, Riphat, & Thogorma, qvorũ postremus à Josepho Tigran, à Beroso Tagumorma appellatur. De hoc igitur lib. antiq. l. I. c. II. scribit Josephus. Tigran instituit Tigrantes, qvi Phryges à Græcis sunt nuncupati. Atqvi hoc factum est A. M. 1830, uti ex pervetusto monumento in Gothlandia accepi. Eodem anno hujus filius Gomerus II. colonias suas transfert in Bosphorum Cimmerium. Verum anno mundi 1850 profectus est Gomerus II. è Bosphoro Cimmerio per Russiam, Borussiam & alias Regiones, donec pervenit in Chersonesum septentrionalem, qvæ ab eo dicta est Cimbrica, qvemadmodum idem monumentum continet.

A Go-

A Gomero igitur priore ortos esse Italos; cæterum à Gomero altero progenitos esse Cimmerios circa Bosphorum accepi. Inde progressus est Gomerus II. versus Aquilonem per vicinam Russiam, Lithuaniam, Livoniam & Borussiam in Chersonesũ Septentrionalẽ, quæ ab illo Cimbrica dicta est. Quatuor enim Chersonesi ab auctoribus insignes celebrantur Taurica sc. in Euxino, Aurea super Gangem, Thracia ad Hellespontum & Cimbrica in Balthico mari, quam ingressi sunt Cimbri circa annum M. 1850. duce Gomero II. Togormi filio, Gomeri nepote, tempore Servag, qui Abrahami proavus erat, de quibus libro sequenti. a Gomero I. orti sunt Itali, à Gomero vero II. Cimmerii.

Populi vero à Gomero denominati hi sunt. *Gomeri Itali*, ut refert Berosus, atque hi sunt Gomeritæ, à quibus Græcis Galathæ, Josepho teste, lib. ant. I. Sic enim scribit cap. II. *Fuerunt autem filiis Noe filii, quorum nomina propter honorem gentibus, quas condiderunt, imposuerunt homines, & terris quas apprehendere potuerunt. Japhet au-* I. Gomeri Itali.

 tem

tem filius Noe, habuit filios septem, & habitarunt isti regionem à Tauro & Amano montibus incipientem & pertingentem in Asiam usq; ad flumen Tanaim. In Europa vero usq; ad terram Gazirorum, cum nullus eorum, qui supra dicti sunt, ibidem Galathæ Gomeritæ. *habitator exstiterit, gentes ejus diversis se nominibus appellabant. Qui enim nunc à Græcis Galatæ nuncupantur, olim dicti sunt Gomeritæ, quos Gomer instituit.* Hæc ille. Et Berosus dicit eos, qui ex po- Galli. steritate Gomeri in Italia relicti erant, *Gallos* nominatos: nam *Gomerus Gallus* cognominatus est.

2. Cimmerii. Deinde *Cimmeriis* circa Bosphorum Gomerus II. nomen indidit; po- 3. Cimbri. stremo *Cimbris*, qui hodie *Dani* dicti sunt. Atque hæc appellationum variatio necessaria erat, quo omnibus manifestum fieret, diversas in diversis mundi partibus gentes ab iisdem tamen genitoribus ortas & nomina sortitas.

Cæterum, si quod de *Cimbris* dixi alicui incredibile apparet, inprimis probationes certissime ratiocinationi convenientes, dehinc ex

probatis autoribus testimonia sumpta in medium proferam, ne quis à me futiliter hæc blaterari existimet.

Mos est apud singularum totius mundi nationum populos, progenitorum nomina filiis, nepotibus, pronepotibus & eorum posteris imponi. Hinc apud Judæos etiam nunc Abrahami, Davidis, Moseos & aliorum patrum nominibus appellantur multi. Mahometistæ suum Mahomet, Bajazethem & Amurathem in filiis nominandis concrepant. Et inter Christianos Germanis (ut de reliquis taceam) valde arriserunt à Manno deductæ appellationes, propter gentis autorem & parentem. Quod ideo recitandum existimo, quia idem Nostratibus usu venit. Quis non videt non solum propria virorum, verum etiam gentis & nationum à *Manno* derivata: Quippe Alemannus, Marcomannus, Hermannus, Culmannus, Wicmannus, & his similia, quæ etiam hodie Germanis familiaria sunt, à *Manno* deducta sunt. Nam propria tam illustrium progenitorum nostro-

Berosus lib. 5.

Gomer Gödmer.

Tho- gorma Thöger strorum nomina *Gomer* scilicet & *Thogorma* adhuc apud indigenas regni Daniæ in usu esse manifestum est. *Gomer* enim apud Scanos *Gödmer* dicitur, exigua mutatione vocalis O in Danicum ö, ac d litera addita. Similiter Thogorma apud Jutos *Thöger* appellatur, per eandem mutationem vocalis O primum in ö, deinde in e, ablatâ quoque per apocopen ultimâ syllabâ.

Quid quod antiquitus aliquot præclari Reges Daniæ *Gorm* dicti sunt, quod nomen à *Thogorma* tam per aphæresin, quam per apocopen certo certius derivatum est. Est præterea proprium aliud, *Tage* scilicet, quod etiam à Tagumorma derivatum est. Atqui frequens est in propriis nominibus præsertim hujusmodi figurarum usus, non solum Romanis, verum etiam omnium aliarum nationum hominibus. Taceo nunc de Javan seu Jonam, quem Latini Janum nominaverunt, patrem & Græcæ & Latinæ gentis. *Græci sane*, ut refert Josephus l. I. ant. cap. II, *nomina*

Tage.

pre-

propter scripturæ decorem & delectationē legentium mutaverant. Neque enim provinciæ nostræ est hujusmodi formis uti; sed licet unum quidem schema & finis nominum sit unus, ultimas tamen nominum syllabas aliter illi declinant. Noe namq; apud eos Nochus appellatur, & Abram Abramus. Certe Josephus Hebræus, qui hæc de Græcis & Berosus Chaldæus iisdem figuris nobiscum utuntur. Quem enim Moses *Thogorma*, hunc Josephus *Thigran*, & Berosus *Tagumorma* appellitat. Quem Moses & Josephus *Gomer*, hunc Berosus *Gomerum* vocat. Quare nemo dubitet, propria hæc nostratum nomina *Gödmer Gorm, Thöger & Tage* à progenitorum nostrorum nominibus descendere: Atque hinc sequitur, *Cimbros* esse, qui hodie *Daniam* incolunt & *Holsatiam*. Certe Philippus Melanchthon (cui antiquitatis indagatio maximopere cordi erat) his suffragatur in Epistola ad Hermolaum Trolle ita scribens: *Significat autem & regni vetustas & amplitudo excellentem virtutem in præcipuis familiis illarum gentium fuisse.*

Nam Dai, Getæ & Cimmerii inde usq; ex Asia progressi ad Cimbricā Chersonesum late regnarunt, non solum in littore Arctoo, sed etiam in aliis Europæ partibus. Philippus sane de his verbis adstipulatur Straboni, qui nomen *Cimbrorum & Cimmeriorum* idem esse, & à Gomero derivari affirmat lib. 7. Ptolomæus quoque testatur *Cimbros* in Cherso-neso, quæ in mare Germanicum ex-currit, habitasse. Audiamus præterea Diodorum Siculum; sic enim de Cimbris l. 5. scribit: *Eorum, qui subtus Arcton habitant, fortitudine feritateque divulgata tradunt eos, qui priscis temporibus omnem ferme Asiam discurrentes,* Cimmerii. Cimbri. *Cimmerii dicebantur, ipsos esse, qui paulo post corrupto nomine Cimbri sint appellati. Jam prisco more dant latrociniis operam, rapientes aliena, cæteris omnibus contemtis. Hi sunt, qui Roma capta, cum Delphici Apollinis templum spoliassent, magnam Europæ partem, non parvam Asiæ tributariam fecere, agris eorum, quos subegerant, possessis.* Excepto, quod *Cimmerios* corrupto nomine *Cimbros* suo tempore, hoc est, paulo ante Christum

ſtum natum, refert diverſas quoque inſuper vaſtationes Diodorus per *Cimmerios ſive Cimbros* factas. Verum *Cimmeriorum aut Cimbrorum* irruptiones aut deprædationes ſuo loco altius expediam, quo longo interjecto tempore factas, annorum mundi ſeriem diligentius ſcrutanti apertiſſime conſtabat. Sed de origine latius.

Porro Volaterranus l. 7. Geographiæ ſcribit, *Cimbricam Cherſoneſum* eam eſſe regionem, quæ *Dania* appellatur. Quod autem longe ante bellum Cimbricum progreſſi ſunt *Cimbri* in Regnum, quod hodie *Dania* dicitur, dubium non eſt: Siquidem præter teſtimonia recitata etiam hoc ex Cornelio Tacito afferre viſum eſt, quod in libro de Germaniæ ſitu recenſet in hæc verba: *Eundem Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, ſed gloria ingens, veteriſque famæ veſtigia manent utraque ripa caſtra ac ſpacia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusq; gentis & tam magni exitus fidem. Sexcenteſimum*

 & qua-

& quadragesimum annum urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Certe *Cimbros* in maximam multitudinem coaluisse, priusquam contra Romanos quicquam acie tentare ausi sunt, quilibet videt. Sed de bello Cimbrico suo loco dicendum. Quin etiam vir ambrosia alendus Philippus Melanchthon (nam & hic tanti Viri testimonium coronidis vice adjiciam) in epistola libello Isagogico Doctoris Petri Palladii Episcopi Sælandiæ præfixa, in hæc verba progreditur: *Potens & celebrata gens fuit Cimmerii, quorum posteros esse Cimbros vestros nihil dubium est. Stirpem autem Græci ignorant, quam vocabuli sonus indicat esse Gomer filium Japhet.* Certe si omnibus aliis testimoniis destitutus causâ cadere contingeret, hujus Viri autoritate fretus contra quosvis adversæ partis insultus in spem me erigere, victoriaque potiri minime diffiderem; modo homines dentur, homines inquam, qui rationis ductum, non animi impetum seqvuntur,

tur,

tur, nisi pica cum lucinia certare præsumpserit, hoc est, nisi quilibet audaculus Philippo obstrepere tentaret.

Neque vero audiendi sunt, qui *Cimbrorum* appellationem ad *Jutos* solummodo spectare autumant; cum *Cimbricæ Chersonesi* titulo totum *Daniæ* regnum ab autoribus adornatum legitur. Fridericus hujus appellationis primus mecum facit (nimirum cum inter eum & ejus patruelem Christiernum II. de regno Danico disceptatio esset) in oratione, quam habuit coram Rom. Imp. Carolo V. sic inquiens: *Cimbri, quos vulgo nunc Danos vocamus, cum Norvagicis (sicut a multis annis cohæsere hæc imperia) fratrem Johannem Regem delegere natum majorem, quem & impetravere.* Item paulo post subjungit: *Petii aliquam Cimbrici regni partem junioribus Regum filiis dari solitam.* Et præterea de Christierno patruele addit: *Ipse jam Regno destitutus Hafniam Cimbrorum urbem ad annum fere contra hos armavit.* Hactenus ille. Illud principio Lectorem habe-

Cimbria nõ pro sola Jutia, sed pro toto Daniæ Regno ab Autoribus usurpatur.

habere certum velim, non *Jutos* solummodo, sed *Cimbros*, id est, Danos omnes Johannem Regem elegisse: Deinde Fridericum aliquam *Cimbrici* regni, non *Jutiæ* partem petiisse. Latius ergo se extendit *Cimbricum* nomen, quam ad partem quandam Regni. Postremo neque ipse Fridericus nescivit, neque nos hodie ignoramus Hafniam, (quam *Cimbrorum* urbem appellat,) non in *Jutia*, sed *Sallandia* sitam. Constat igitur, *Cimbrorum* appellationem non magis ad *Jutos*, quam ad *Sallandos*, *Mœonios*, *Scanos*, *Hallandos*, *Blekingios*, *Lystrios*, *Fionenses*, *Lollandos*, *Falstrenses*, *Borringholmenses*, *Lavinianos*, *Errobovios*, *Tossingios*, *Samenses sive Samsovios*, *Anoldios*, aliosve Danicos homines spectare; sed æque horum uni atque alteri attribui. Neque ideo *Jutos*, qui provinciam Regni potissimam, utpote *Cimbricam Chersonesum*, inhabitant, suô titulô defraudo; verum hoc tantum exoratos velim, ne illi reliquos Regni Danici incolas suo consortio segregent, cum eruditissimus quisque mecum consentit.

ſentit. Equidem Johannes Camers Scholiaſtes Dionyſii de ſitu orbis ſic ſcribit: *Ea autem Regio, quæ modo Dacia dicitur, veteribus Cherſoneſus dicta eſt.* Per Daciam Daniam intelligit; nam Daciam aliam Wallachiam appellari dicit. Item Theodoricus Adameus in libr. Procopii 4. de ædificiis Juſtin. Imp. *Cherſoneſus Cimbrica Septentrionalis, quæ Daniam habet.* Et Petrus Apianus in 2. part. Cosmogr. c. I. ſic ſcribit: *Rhenum autem accolentes ſunt baſſæ & altæ Germaniæ populi, ab illis ad Sauromatas usq; Germania magna promiſſa eſt, ad aquilonem Germanico Oceano magno limite pœne directo jungitur, niſi ubi Dania, quam hodie Daciam appellant, Cherſoneſum efficiens prominet.* Et paulo poſt in abaco Regionum: *Holſatiæ Ducatus in ingreſſu Cimbricæ Cherſoneſi, modo Daciæ aut Daniæ.* Item *Daciæ vel Daniæ Regnum* Ptolomæo *Cimbrica Cherſoneſus.* Adhæc qui inter doctos haud minimam laudem apud ſtudioſos conſecutus eſt Ambroſius Calepinus, vocabulum Cimbrorum hunc in modum expo-

nit:

tempore belli Cimbrici sint appellati Cimbri? Neg.

tempore derivata sit, quam ad Danici Regni indigenas, qui ex hoc regno egressi, cum hoc titulo quidam ex Germanis seposito prorsus pudore suam patriam exornare præsumpserint? Id quod vehementer negamus. Mansit enim apud Regni Cimbrici incolas nomen Cimbricum manetque hodie, (Danos & Holsatos semper intelligo) & nemo est, opinor, cui non perspicuum sit, omnes fere clasficos autores, qui Cimbrorum meminere, Germanos a Cimbris distinxisse: quod utique non fecissent, si Cimbrorum appellatio utrique genti communis fuisset. Claudianus certe in Carmine, quod de laudibus Honorii Imperatoris scripsit, hujus rei testis est locupletissimus. Carmen sic habet:

Ante ducem nostrum flavam sparsere Sicambri
Cæsariem, pavidoq; orantes murmure Franci
Procubuere solo, juratur Honorius absens,
Imploratque tuum supplex Alemannia nomen.

Bastarnæ

Baſtarnæ venere truces, venit ac-
cola ſylvæ
Bructerus Hercyniæ, latisq; palu-
dibus exit
Cimbrus, & ingentes Albim liquê-
re Cheruſci.

Baptiſta quoque Mantuanus in exhortatione ad Potentatus Chriſtianos Cæſarem his verbis affatur:

Quod ſi belligeris metuis tibi de-
fore gentes,
Aſpice quam validis Mavors tibi
militat armis.
Gens fera contemtrix animæ,
conſveta per Alpes
Figere apros, certare urſis, nive
candida ſemper
Per juga veloces curſu præverte-
re cervos,
Helvetii tibi dura acuunt vena-
bula, & enſes.
Jam Burgundus equum dorſo ca-
taphractus in alto
Splendicat, ingentemque ſuper fe-
mur erigit haſtam.
Aſpice ut Iſtemones rapido gens
proxima Rheno

Strenue in arma volent. Tradat
mora nulla Batavos
Qui cinguntur aquis. Retinet mo-
ra nulla Sicambros.
Quid memorem Cattos? quid
Rhetia castra? quid arma
Norica? Vindelicæ quid fortia pe-
ctora gentis?
Quid Frisias Chaucasque domos?
& inertia arantes.
Littora Cheruscos? Nec vos gens
ultima *Cimbri*
Segnities damnat, latum vos fama
per orbem
Prædicat altanimos. *Vos explanare
Latinam
Rem memorant ausos, belloq; incessere
Romam.*
Huc geminas attolle acies, am-
plissima cerne
Regna Svevorum, quæ Vistula
claudit, & ingens
Oceanus, Vada Danubii, confinia
gentis,
Tot complexa sinu immenso ex-
currentia longo.
Et quæ seqvuntur de Herman-
du-

cluris, Gutonibus, Eluconibus, Quadis, Snardonibus, Sennonibus, Marcomannis, Bastarnis, aliisque gentibus, à quibus omnibus Cimbros sejungo. Sed Poëtis fortasse fides derogatur. Adducamus igitur C. Cæsarem, qui bell. Gall. l. 1. hoc tradit: *Cum Ariovistus Germanorum Rex in Sequanorum finibus consedisset, tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliæ, occupavisset, & nunc de altera parte tertia Sequanos decederet juberet: Paulatim Germanos consvescere Rhenum transire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Rom. ipse Cæsar periculosum videbat, neque sibi homines feros ac barbaros obtemperaturos existimabat, quin quum omnem Galliam occupassent, ut ante Cimbri Teutoniq; fecissent, in provinciam exirent, atq; inde Italiam contenderent.*

Quare minime mirum cuique videri debeat, quod non patiar Cimbricum nomen Danis à quoquam præreptum iri. Ob eam etiam caussam superius dixi civitatem hodier-

no die vocari *Cimbrorum portum*, appellatio patriam refert lingv Danice enim dicitur *Cimbrersi* nam Cimbri nostro idiomate *Cin* nominati sunt. Quæ certe nomei tio omnibus singularum partiu provinciarum regni habitator communis erat. Verum Insuli liquisq; regni partibus singulis p pria attributa erat appellatio. (enim *Sællandia* hoc tempore dici tunc *Middelslet*, quod mediam pl tiem sonat, primores appellar Et quam nos hodie *Jutiam*, illis *M delslet*, id est ampla planities d est. *Scanica* quoque *Skoneflet* : *Fi* vero *Fineslet* majoribus appel quarum nomina fere idem sig cat; nam prior à pulchritudine, sterior ab amœnitate nomen soı est. De reliquarum insularun provinciarum regni Cimbrici no nibus recensendis hoc loco non anxius.

Sællandia vocabatur olim Meddelslet. Jutia, olim Wideslet. Scania olim Skoneflet. Fionia olim Fineslet.

Sed quando Cimbricum bell incepit, dicendum. Saxo Gra maticus scribit l. 4. hist. Dan. T

l

pore Dan III. Regis Daniæ 28vi Danorum juventutem Albyam fluvium tanta navigiorum frequentia complevisse, ut facile ejus transitum perinde ac continuo ponte juncta puppium tabulata præstarent. Hæc ille. In pervetusto codice in Gothia sive Gothlandia à me interalia monumenta invento in hæc verba exaratum inveni: *Danorum sive Cimbrorum Rex Dan III. adhuc adolescens exercitum numerosum traduxit è regno Cimbrorum in Saxoniam, Germaniam, Galliam, & Italiam. Debellata Saxonia rediit Rex ipse in Regnum, exercitum dans ducibus. Sed à Romanis, postquam nullus modus fuit cædibus, ultima internecione omnes ad unum deleti sunt.* Ex his verbis colligo expeditionem, quam Saxo describit, esse initium Cimbrici belli; nam tempus convenit cum iis, quæ Cæsar belli Gall. l. 1. in concilio narrat his verbis: *Factum ejus hostis periculum patrum nostrorum memoria cum Cimbris & Theutonis à C. Mario pulsis, non minorem laudem exercitus, quam ipse Imperator meritus esse videbatur.* Et libro 2. *Cum à Rhenis Cæsar quæreret,*

quæ civitates quantæq; in armis essent, & quid in bello possent, sic reperiebat; plerosq; Belgas esse ortos à Germanis, Rhenumq; antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallosq;, qui ea loca incolerent, expulisse, solosq; esse, qui patrum nostrorum memoria, omni Gallia vexata, Theutones Cimbrosq; intra fines suos ingredi prohibuissent. Item eod. lib. de Aduaticis dicit: *Ipsi erant ex Cimbris Teutonisq; procreati, qui cum iter in provinciam nostram atq; Italiam facerent, his impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis custodia ex suis ac præsidio sex millia hominum una reliquerunt. Hi post eorum obitum multos annos à finitimis exagitati, cum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt.* Ex his manifesto liquet, Cimbros alios populos esse à Gallis, Teutonicis & Germanis, etiamsi nunc fœderibus factis illis commixti, nunc bello lacessiti, varia fortuna aut victi, aut victores extiterint. Certe Critognatus Arvernus

in

in Oratione, quam habuit coram obsessis Alexiæ (uti idem Cæsar lib. 7. bell. Gall. tradit) indicat Gallos eodem tempore graviter ab exercitu Cæsaris afflictos, verum multo ante majores illorum à *Cimbris* obsessos. Inquit enim Critognatus: *Quid ergo? mei consilii est facere, quod nostri majores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumq; fecerunt, qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt, neq; se hostibus tradiderunt, cujus rei exemplum si non haberemus, tamen libertatis causa institui, & posteris prodi pulcherrimum iudicarem. Nam quid illi simile bello fuit? depopulata Gallia, magnaq; illata calamitate, Cimbri finibus nostris aliquando excesserunt, atq; alias terras petierunt.*

Hinc liquido compertum esse reor, *Cimbros* postquam aliquot annos primum in Germania Teutonis confœderati, deinde in Galliis consedissent, ad alias terras occupandas emigrasse, quod etiam Gothicum monumentum aliique Scriptores te-

ſtantur. Nam paulo poſt Galliam reliquerunt, Carbonem Coſſ. cum exercitu fuderunt, ac Illyrico potiti ſunt. Hæc facta ſunt circa annum Mundi 3853. Anno vero Urbis Romanæ 640, ut autor eſt Cornelius Tacitus; hoc eſt, anno 110 ante natum Chriſtum. Porro teſtatur Juſtinus lib. 38. Mithridatem Regem Ponti eodem tempore auxiliũ à *Cimbris* imploraſſe. Sed quis hoc Rege potentior? quis fœderibus factis fraudulentior? quis erga propinquos & ſangvine conjunctos immanior? quis denique in gerendis bellis ſolertior? Hic cum Romanum meditaretur bellum, quod cum Romanis 46. annos varia victoria geſſit, hic inquam, cujus magnitudo fuit, ut non ſui tantùm temporis, verum etiam ſuperioris ætatis omnes reges ſuperaverit, ut Juſtinus tradit, *intelligens quantum bellum ſuſcitaret, Legatos ad Cimbros auxilium petitum miſit; nam hos, quemadmodum & multas alias gentes, variis beneficiorum muneribus ante illexerat.*

rat. Si igitur Cimbrorum, qui tun adversus Romanos exercuerant, societatem maxime necessariam dijudicabat Mithridates, quid obstat, quod cum *Cimbris* fœdera Germani & Galli firmaverint. Quare nec pœnitet me superius dixisse, societatem cum Cimbris iniisse Germanos, Gallosque, cum vel tantæ potentiæ extiterint Cimbri, ut maximis regibus sæpe terrorem incuterent.

Objiciat aliquis, Saxonem Danorum Historiographum nullibi in toto opere vel minimam *Cimbrorum* mentionem fecisse, ac propterea *Cimbros* non esse *Danos*. Huic hoc responso satisfactum velim. Saxonem gentis Daniæ historiam non à stirpe Gomero, sive (ut Berosus eum nominat) Comero exorsum, sed à *Dan* primo Danorum Rege, idemque ab ejus nomine omnes Regni insulas & provincias, quas circumfusus ambit oceanus, *Daniam* appellasse. Nec vero ex parte aliqua regni tam numerosus Cimbrorum exercitus prodiit, sed è toto regno conflatus in

vicinam Germaniam per Albim, haud secus ac multi rivi è nimbo collecti per alveum rapidi alicujus fluminis in pelagus, ita Cimbri in Italiam per Germaniam & Galliam ex amplissimo Danorum Regno inundabant. Neque pernego alias etiam gentes huic bello interfuisse, utpote Teutones, & Tigurinos Germanorum, & Ambrones Gallorum populos, uti scriptis gravissimi autores testantur, quorum lucubrationes evolvere iis volupe erit, qui Cimbricum bellum, quod à Mario confectum est, exactius cognoscere avent. Cum mei propositi tantum est de origine gentis enucleanda deque novis coloniis ab hac exortis, inter quas etiam reperio Sicambrorum, ex quibus postea Franci, quamvis multi de harum gentium origine fabulis contra ipsissimam rationem digladiari non verentur. Inter quos antesignanus & Coryphæus conspicitur *Hunibaldus*, cujus castra secuti *Gregorius Turonensis Episcopus & Rhegino*, *cum Sigeberto Gallo*, *Abbas* quoque *Urspergensis*,

Sicambri a Cimbris Phil. Melancht. Chron. lib. 1. & 3. Franci à Sicambris.

gensis, *quos omnes unico ictu confodit Hermannus à Nuenare sive Nuenarii Comes de origine & sedibus priscorum Francorum* in hæc verba scribens: *Qui aliis meliores videri volunt, hoc potissimum student, ut cum aliis nihil habeant commune. Hinc etiam Saxones, qui semper inter Germanos præcipuum locum habuerunt, origine se Macedonas gloriabantur, hac in re non minus ridiculi, quam Franci; eamq; ob causam res strenue gestas nequaquam communi vocabulo Germaniæ tribuebant.* Et Philippus Melanchthon Chronicorum l. 3, dicit: *Juste reprehenduntur inepti scriptores, qui fabulas ex sese finxerunt de filiis Hectoris, quas omitto, & ex Troja Francos educunt.* Qui igitur Sicambros à Cimbris dictos fastidit, & Francos à Sicambris originem traxisse vilipendunt, licitum erit illis vel ad Cambram Britonum Regis filiam Sicambrorum originem, vel ad fabulosam Trojanorum prosapiam Francorum ortum referre, modò Cimbros à Gomero sive Comero descendisse ac eundem populum è regno Daniæ, quæ Chersonesus Cimbrica

brica appellatur, egressum, Germanis primitus & Gallis confœderatum, postea vero a C. Mario, ut dixi, profligatum concesserit. Reliquias *Cimbrorum* quasdam superesse in Svevia recenset Wulfgangus Lazius l. 8. de migrat. gentium. Sic quippe scribit: *Genealogia Dominorum & Comitum à Cymbera, à Cymbrorum reliquiis ex Dania in Martianam sive Hercyniam Sylvam profectis, qui eadem cum Daniæ Regibus insignia retinent. A Cimbris porro in Nigra sylva pleraq; supersunt loca denominata, VValdzymern, Herrenzymern, Anciazymern, Rotenzymern, Hailigenzymern, Marschalchszymern. Cujus familiæ Cunradus abbatem egit divitis Augiæ, alter pene fundator Seflingensis cænobii prope Ulmam. Anno vixit 1255.* Hæc Lazius. Quæ ideo adjeci, quia iis, quæ a me dicta sunt, non solum non repugnant, verum maxime omnium consentiunt.

Comitum à Cymbern in Svevia insignia eadem cum Regibus Daniæ. Reliquiæ Cimbrorum in Svevia.

Cimbri igitur, quemadmodum supra demonstratum est, *Daniam* inhabitantes Comerum cum Thogorma progenitores habuere. Primitus autem his non præfuit Rex, sed Cherso-

sone-

ſoneſus Cimbrica quoſdam habuit viros excellentiori faſtigio præ cæteris conſtitutos; hi usque ad Regum tempora per ſe, quæ videbantur, adminiſtrabant: quorum quippe conſortio junctus *Gomerus 2dus Thogormæ filius*, quem longa ſenectus conſumſit, ſiquidem ultra centum annos ſupervixit, ac prolixa ætate defeſſus ſumma cum animi alacritate deceſſit. Hunc ſecutus filius *Segub* Anno M. 1960, qui obiit Anno M. 2020, duobus filiis relictis, è quibus major natu *Aſer*, fratre *Oſtrido* adhuc viginti annis minore, patris locum ſupplet. Qui cum eximiæ auctoritatis, præcipuæque magnitudinis eſſet, nec non coævis potentia & divitiis præſtaret, filium *Trudum* ad ſummum judiciarii ordinis apicem evexit. Ea tempeſtate *Trudus* præcepit populo agriculturam ſedulo exercere, etiamſi ſegetis uſus non erat incolis omnino alienus; tamen quo majori ſedulitate & quaſi certatim quisque in communem Reipubl. utilitatem incumberet, legem agrariam

Gomerus 2dus A. Mundi 1850. tempore Serug.

Segub Ao. M. 1960.

Aſer A. M. 2020 tempore Abrahami.

Trudus Ao. M. 2085.

Leges agrariæ.

Brenno in Græciam profecti etiam A-
pollinis templum spoliare præsume-
rent, Ptolomæum quoque Cera-
num trucidarent. Quorum pars
Ptolomæo Euergeta deleta circiter
annum Mundi 3720 Major ver
pars in Asiam irrupit, eam long
tempore lateque depopulata. Hin
Diodorus scribit, Cimbros magnam
Europæ partem, non parvam Asi
tributariam fecisse. Hactenus, qu
Cimbri adjuncti Gallis gesserunt.

PRÆFATIO
LIBRI SECUNDI.

SEntio aliquoties permoveri poss
quod superius dixi, gentem Da-
nicam varias denominationes ob-
tinere, Cimbrorum Gothorumqu
nomen æque Danis competere
Quare multo maxime necessariun
duxi, historiam aggredi; quam ordi-
ne suo persequi, tunc demum propo
sui, cum commone fecero, quæ rec
ad faciendam fidem pertinere poss
Siquidem multa hac in re dicend
veniunt, quæ non ex historiogra
phi

s ſolummodo erui poſſunt; ve-
a aliunde mecum huc afferam,
e ipſe in *Gothia* antiquiſſima Go-
rum ſede (hodie *Gothlandia* dicta)
vem fere annos degens partim fi-
dignìſſimis hominibus acceptum
ro, partim ex vetuſtiſſimis Go-
e monumentis eruta addidici.
otiesquisque enim eſt, qui monu-
atis fidem non adhibet? cum ſe-
dum Florentinum Jureconſul-
1, *monumentum eſt res memoria cau-
poſterum prodita.* Nec verò de-
t Gothis monumentorum hujus-
di Species, utpote tituli, ſepul-
a, ſtatuæ, fana, ædificia, hiſtoria,
eraque, quæ cum omni vetuſtate
tendere poſſunt. Quicunq; igi-
cum antiquarum rerum monu-
itis, tum approbatis ſcriptoribus
m adhibere noluerint, ipſi ſibi
ant vel falſam Geographiam, vel
itis Gothicæ hiſtoriam veritatis
mam, qualem texit in famoſo ſuo
re *Johannes Upſalenſis* contra pro-
rum Hiſtoriographorum fidem.
vero quæ vel ex fide dignis audi-

vi, vel ex antiquissimis monumentis eruere potui, vel denique ex approbatorum scriptorum lucubrationibus hausi, in medium afferam.

Inter alia monumenta, quæ in Gothia visuntur, exstat fragmentum Chronicorum Gothica & Germanica lingva conscriptum. Ejus inquam fragmenti aliquot exemplaria membranea adhuc apud Judices in Gothia reservantur, neque extraneo facile inspiciendi copia conceditur; nam eodem codice etiam conscriptæ sunt Leges vetustissimæ, secundum quas etiam hodie bona hæreditaria inter Gothos ipsos dividuntur. Tanto igitur arctior apud illos horum librorum custodia, quanto antiquitatis & legum cognitio ipsis incolis esse possit honori atque usui. At ubi primum in Gothiam veni Anno Christi 1547. præfuit Insulæ Hilarius Hardenberg piæ memoriæ, qui postea in Regno Daniæ Magister aulæ factus est; hic, inquam, sæpius, ut erat antiquitatum Danicarum indagator acerrimus, cum Judici-

dicibus, me præsente, de rebus Gothicis permulta verba fecit. Ex sermonibus itaque, qui sunt habiti, percepi scriptum aliquod extare, ex quo gentis origo cognosci possit; sed à judicibus nihil impetrare potui, etiamsi persæpissime rogando, efflagitando obsecrandoque illis molestus eram.

Tandem scriba arcis Visborgensis intelligens me antiquarum rerum avidum, tentabo, inquit, si qua via per me voti compos efficiare. Sunt enim hic in arce congesti aliquot libri, quos si evolvere velis, tibi illorum faciam copiam. Intromissus igitur offendi aliquot plaustra codicum, sqvalore, situ, & pulvere obsitorum, ex quibus nonnulla collegi, quæ magis animum ad perfectiora inquirenda irritarunt, quam tranquillum reddidere. Nam isti, qui hæc exaraverunt, literas primis degustarunt labris. Nec vero ideo à proposito destiti, verum eò magis omnes vias perquisivi. Quid multa? Conveni Virum

non minus ſapientia quàm canitie gravem Dominum *Johannem Bonſach*; egit hic quondam Abbatem in mo- naſterio, quod Roma dicebatur, de- ſolatione autem Cœnobii factâ, Pa- rœciæ Bircke ad finem vitæ ma- gna cum laude præfuit. Ab hoc, in- quam viro, Hiſtoria Gothica non ſo- lum mihi per manus tradita, verum etiam mihi Gothicæ linguæ idioma- te exarata conceſſa eſt. Poſtquam hæc Dominus Hilarius Hardenberg reſcivit, librum poſtulat, atque eo perlecto mihi tradidit his verbis: Bonum eſſet, ſi hoc opuſculum in lu- cem daretur. Adfuit eodem tem- pore Judicum ſupremus, Petrus Kir- ckebing nomine, qui Præſidem in- terpellens ait: Prætorem aliquan- do habuimus, qui annales & Le- ges noſtras convaſavit, hoc præ- textu, quaſi prælo eas excudi pro- curaret; verum cum nullas apud incolas eſſe reliquas opinabatur, quicquid librorum nactus eſt, Vul- cano conſecravit, ſed gratia, Deo, fruſtratus eſt ſua opinione. Tum

ego

ego ipſi Judici ſupplex fio, ut mihi concrederet, ſi quid rerum Gothicarum apud ſe reſervatum haberet, quod dignum judicaret, in apertum proferre; quod & fecit. Collatis igitur his, quæ ab hoc Viro accepi, cum iis, quæ in arce collegi ad hiſtoriam, quam Dr. Johannes Bonſach mihi tradidit aliorumque monumentorum autoritate fultus, primò unde Gothi originem traxerint, Deinde poſteritatem & colonias in alias & exteras nationes emiſſas delibabo. Poſtremo approbatos ſcriptores, qui hiſce aſſentiuntur, in medium afferam.

DE GOTHIS.

GUthi autem Oſtridi filius, ut accepi, in orientali Cimbrici regni parte principatum adeptus, cum nominis ſui famam ad poſteros pervenire exoptaret, quos ſubjectos habuit populos, *Guthos* appellavit. Atque hinc factum eſt, ut terra, quæ hodierno die *Scania*, primitus ve-

Guthi.

Nomen Gothorum à Guthi Scaniæ duce.

 ro

Gothorum prima sedes in Scania. ro Sköne Stätt appellabatur, jam *Guthia* dicta sit, quam appellationem adhuc præfectura illa Scaniæ Sveciæ contermina retinet. Tandem cum terminos dominationis latius extendere optabat, orientem versus colonias novas posuisse fertur, ubi nunc sunt præfecturæ Regno Svetico subjacentes, quæ propagatoris nomen similiter referunt. *Guthia* scil. *Occidentalis* Daniæ vicinior, & *Orientalis* Sveciæ contermina. Ditiones hasce uno & communi nomine à Saxone Grammatico *Gothiam* appellari certum est. Quantum vero ex annalibus Gothicis assequi potui, florebat *Guthi* circiter annum mundi 2200. tempore Belochi Regis Babyloniorum decimi, paulo antea quam Vandalus apud Tuiscones regnabat. Et secundum sacræ historiæ supputationem Anno tricesimo, antequam Jacob in Ægyptum descendebat. Hinc liquet, *Guthorum* appellationem proxime post Cimbrorum nomen in hoc eodem regno Daniæ & ejus confinibus

Gödinge Herre.

Colonia Pr. Gothorum in Gothia Occidentali ex Scania missa.

Guthi florebit An. M. 2200. tempore Jacobi Patriarchæ.

bus incolis inditam esse; ut qui ante *Cimbri à Gomere* paulatim & quasi pedetentim *Guthi* ab eorum Judice & Principe *Guthi* dicti sunt. Certe Witichindus Saxo hæc cognita habuit, cum lib. I. in hæc verba progreditur: *Gothi de Insula nomine Scandia egressi sunt; à proprio autem duce Gotho, Gothi appellati sunt.* Non possum igitur, quin admirer stultitiam Johannis Gothi Upsalensis, qui Gothos & Scythas unam eandemque esse gentem, atque à Magogo prognatam excogitaverit, atq; adeo veluti aranea ex se finxerit, cum à Gomero non minus *Guthi*, qui nunc *Gothi*, quam *Cimbri*, originem habuerint. Certe *Gomerus Cimbris*, *Guthi* vero octavus post *Gomerum* *Guthis* nomen attribuit. Verum Upsalensis ineptiæ à Petro Parvo satis superque refutatæ sunt; has igitur missas faciamus, aliaq; non minus utilia, quam jucunda dicturi historiam ipsam latius recensendo.

Thielvarus II. Guthi filiuspatre haud minor, inter priscos Guthorum Duces non infimæ laudis locum adeptus, est, siquidem Gothis tam occidentalibus & orientalibus, qui hodie Regno Suecico subjacent, quàm in Scania habitantibus imperitans adhuc majora aggredi volutabat. Hic itaque novum quærendæ gloriæ genus complexus, utque patrem ardor animi ad dilatandum nomen cum imperio, ita filium novas ut investigares regiones & insulas stimulabat aviditas. Lectis igitur sociis non parvo numero, magnisque præparatis commeatibus, nec non armis sumptis, naves ædificat, juramento prius firmato, sese posthac in patriam nunquam reversurum, sed regiones omnes, quæ ad Cimbricum mare sitæ erant, insulasque cum peninsulis pervestigaturum, donec ex omnibus unam aliquam conspiceret, quam sibi suisque habitandam eligeret. Neque tunc mare Cimbricum aut ejus Insulæ plene investigatæ erant. Socios itaque comitesque in

hanc

hanc rem conceptis jurare verbis adegit, (nec vero erat quisquam omnium qui jurare dubitaverit) adductis quoque in medium honestissimis rationibus, quibus singulis persuasis, *inglorium domi ad focum delitescere, tanquam lepores in virgultis, virtutiq; contrarium; illos vero, qui exteras visitant gentes & nationes, non solum prudentiores redire, verum etiam maximã solertiæ laudem reportare solitos; illud effæminatis & timidis, hoc verè magnificis & fortibus tribui consuetum.* *Hortatur præterea majorum imitentur exempla, qui per varios casus, pericula, difficultates, per tot deniq; discrimina rerum in hanc terram pervenerunt.* Hac sua prudentissima oratione juventutem in spem erigit, atque in societatem pertraxit. Quæ quidem persuasio ad negocium conficiendum maxime fuit opportuna. Nam singuli diem dicunt, quâ in inobedientes & tergiversatores severè animadvertendum, eodemque momento ad navigia convolandum. Omnibus igitur rebus ad profectionem paratis, bene magna ad *Cim-*

Commodum levi spirante aurâ, insulam in conspectu esse clamitat proreta, ad quam recto cursu naves dirigere gubernatoribus Dux mandat. Nec mora, quæ jussi sunt, peragunt, classeque in portum diductâ & tentoriis in sicco collocatis innumeræ accenduntur pyræ, Omnes ovantes ac gratulantes quid non laudis erga Thielvarum profundunt?

Secunda sedes Gothorum in Gothlandia.

Profecto hujus Viri industria se excitatos prædicant, ad quodvis periculum, quantumvis arduum, subeundum.

Fabula de Gothlandia.

Hoc in loco diluendam judico opinionem, quam incolæ *Gothlandiæ* imbibitam etiam hodie retinent, atque adeo defendere verum frustra nituntur. Ajunt autem hunc in modum. Hanc Insulam diurno tempore comparuisse, & super aquas extitisse, nocturno vero disparuisse, ac submergendo sese in pelago occultasse; at postquam Thielvarus ignem in hanc importavit, ex eo semper stabilitatem acquisivit. Hoc quæso cui sit verisimile? Quomodo potuit terra

&

& rupes sese movere, ac nunc ascendere, nunc rursum descendere? aut quâ vi potuit ignis hanc vicissitudinem mutare? Qua denique ratione cuiquam hæc persuaderi possunt? Non igitur alternatim mobilis erat Insula; sed aut repente, quemadmodum Vulcani Insula, quæ ante non fuerat, in mari edita est, Orosio teste, & in mari Ægeo inter Theram & Theraliam insulas exorta est insula 30. stadiorum longitudine, ut tradunt Eusebius & Eutropius, aut superstitiosè à quibusdam excogitatam, quo igni numen inesse simplici popello, qui hunc tanquam Deum colebant, persuaderent. Nunc hoc omittam.

Ut autem in littore stans Lunam à conjunctione prima splendentem Thielvarus aspicit, extulit manus atque sic orsus: *O Socii, Lunæ litemus victimas; cernimus enim nunc, cujus opem & præsentiam usq; peregrinando experti sumus.* Confestim taurus immolatur. Proferuntur quoque Uri cornua bina ab labris auro circumclusa,

qui-

quibus poculorum vice utebatur. Cornua hæc, inquam, mero repleta ductor ipse ſtans manibus ſumſit, ſimulatoque propinandi officio Dianam veneratus; tum ſibi, tum familiæ bona, ſociisque & civibus opum incrementa ac victorias ſolenni verborum recitatione poſcebat; qua finita, pauxillulum meri inclinato utroque poculo in terram effudit. Tum vero filius patrem imitabatur, cæterisque conſequenter & ordine optimatum omnes, donec ad exemplum Principis Lunam venerati, & compotatione facta, potoria pincernæ reſtituta ſunt, opiparum in multam noctem extenditur convivium toti comitatui. Hoc peracto, ſopore corpora quieti dedere. *Hafderus* paulo ante honeſtiſſimam virginem matrimonio complexus, eandemq; vicinam partui comitem itineris habuit, quam ob frontis ſerenitatem, qua præ aliis matronis prædita erat, *Hvithe Stiernam* ſuo idiomate Guthi ipſi appellarunt. Cujus etiam inſignem can-

dore faciem tantus capillamenti decos aſperſerat, ut aureo crine nitere putaretur. Tanta ſiquidem faciei capillamentique venuſtas erat, ut quamvis auro, veſte, gemmis, omnique cætero mundo exornata fuit, ne comparanda quidem erant. Ut ergo Noctis gallicinium appetit, ſomnio rei futuræ eventus manifeſte deprehenditur. Nam per quietem Hvitheſtierna videre videtur Inſulam variis arboribus & herbis, iisque redolentibus conſitam, ad cujus juga, quæ montes ampliſſimæ vaſtitatis efficiebant, ſcandere nitebatur, nec non ſerpentes tres ſimul implicitos ex alvo ſuo prodire, ſed & radios quaſi ſolares è gremio micantes fulgere.

Et hoc quidem viſum dormientis fœminæ non animis modo, ſed prope oculis obſervabatur. Cum igitur experrecta eſſet, quid non aut cogitare aut timere matrona debuit? Statim ubi Sol terris redditus dormientes lectis excuſſiſſet, de omnibus ad maritum retulit. Hic à fatidico inter-

pretationem inquirit. Is cum mulieris animum rei ſtupore oppletum cerneret; Fruſtra, inquit, O Hvitheſtierna, inſomnium te territat: nam oraculo editum eſt, occultumque divinitatis, & quo nullum reperiri poſſit optabilius. Haud incaſſum heri veſperi res divinæ factæ, Lunæque perlitatæ ſunt: Nova ſiquidem Luna novas monſtrat ſedes. Inſula, quæ in ſomno apparuit, hæc eſt, in cujus littore pernoctavimus; quæ etſi minus ampla, habitationivè apta hodie conſpicitur, impoſterum tamen magis ac magis habitabilis erit. Mons, ad cujus verticem aſcendere ſuſpicata es, eminentiam dominii denotat. Per arborem & herbarum varias ſpecies, fertilitatem & omnium rerum copiam intelligo. Illæ ſiquidem non modo igni fomentum, verum etiam ædificiis & navibus fabricandis materiam præſtabunt. Hæ vero cùm pecudibus pabulum, tum hominibus alimentum & quidem largiſſime ſuppeditabunt. Adde quod odorum ſvavitate ſtati

ari visa es, neq; hoc absque interpretatione prætereundum. Usus enim, qui ad exteros e bonis hujus insulæ manabit, odoriferis sylvis & herbis notatur: Ut enim omnium odoramentorum, atque adeo herbarum fragrantia non solum tractantis nares opplet, verum ad adstantem & prætereuntem sese non sine voluptate diffundit; ita uniuscujusque regionis commoditas, si ad aliarum nationum habitatores extenditur, voluptuosa & apprime utilis res est. Porro vero anguina, quæ in somno observata est species, non est silentio prætermittenda. Tres siquidem filios, qui e vobis nascentur, numerus denotat serpentum, atque ex horum complexu inseparabili concordiam, qua sese mutuo fœtu amplectentur, indicari cum summa animi voluptate video. Prudentia quoque à natura serpentibus inest singularis; quum enim se exosos sentiant, circumspecte declinant ac refugiunt, quicquid sibi adversum est. Ita filios vestros

providos, nec non sollicitos for
periculis adeundis, nequeo satis
rari neque conjicere. De radi
splendore gremium tuum orna
bus, quid aliud dicam, quam q
his heroica virtus & fortitudo p
tenditur. His à Vate assertis,
trem Thielvarum Hafderus
greditur, eique rem omnem tan
uxoris somnio, quam de interpr
tione exponit; parenti quoque i
supplex, quo hic peregrination
nem & periculosissimæ tædioque
fertissimæ navigationi metam c
stituat. Hac filii oratione Thie
rus adductus, nec non insom
Huithestiernæ permotus, fidem
mul ac jusjurandum dat, sese in
insula sedem omnium rerum & f
tunarum suarum collocaturu
Jamque convocatis navarchis c
riter singulos certiores facit, hic
termittant navigationem ac t
tummodo naves exonerent, sed
ex labore reficiant. Quod jussi su
faciunt. Ita commutata fortun
eos, qui patriam opulentam &

ıtissimam fastidiebant; Insula de-
ta & terra rudis excepit. Neque
ro erat quisquam omnium, qui
t in patria repetenda, aut in sedi-
s amplioribus quærendis occupa-
m animum haberet, quin preci-
s & votis prosperos successus mo-
patrio exposceret. Insulam præ-
'ea *Guthlandiam*, id est, terram seu
gionem *Guthorum* appellitat.

Locus est fere insulæ illius a-
œnissimus, quæ *Venga* appellatur,
od nomen à similitudine pulvini,
ēpit. Nam hoc in loco saxum con-
icitur, quod veluti pulvini, in quo
lemus, similitudinem habet; Dici-
r enim linguâ Gothicâ *Venga* pul-
nus. Hujus saxi superficies plana,
n solùm excedit pulvilli latitudi-
m, verum etiam lineis multis, iis-
ie eminentibus ac transversariis à
tura exornata est. Cui loco ap-
opinquaret *Thielvarus* lapidem
ntemplatus & saxi figurâ motus,
ium comitesque suspiciens, audi-
entibus omnibus, qui officii causâ
cumstabant, de communi re dicere

Thielvari Oratio. cere cœpit. Unde rectius, inquit, "ordiri possumus, quàm à communi "parente natura? quicquid genuit, "sua diligentiâ conservatum esse vo-"luit. Quis nescit sedes in hac Insu-"la præparatas, cum pulvinar nobis "natura subministravit? Movent a-"nimum meum, quæ in hoc lapide "figurantur sedilium pulvinaria, at-"que adeo de regno hic confirman-"do commonefaciunt, æq; atque in-"somnium, quod præterita nocte "nurus vidit. Quæ mulier maxi-"me omnium digna, quamobrem "à te Hafdere quam officiosissime "colatur. Dii faciant, ut hæc, quæ "vidit, omnia perficiantur. Ego "quamvis multâ senectute confe-"ctus, atque adeo vobis omnibus "morti vicinior, longa tamen expe-"rientia edoctus. Video, quæ po-"steritati profutura sint. De his ita-"que quo pacto hæc manus exigua "augeri possit, vos monitos velim; "Dehinc quâ ratione, si bello mota "fuerit, insuperabilis queat per-"sistere; Postremo summa ne-

ces-

"cessitate compulsi, à quibus copias
"auxiliares petere commodissimum
"erit. Ante omnia igitur pacem
"colite, neque unquam levi causa
"finitimas gentes injuriâ afficere aut
"bello lacessere præsumatis. Qui-
"cunque enim aliquo modo lacessi-
"tus & irritatus fuerit, assidue ulti-
"onem animo volutat, atque hinc
"adeo manat, quod homines insidi-
"as & bella atrocissima sæpius moli-
"untur. Illi vero, quibus cum o-
"mnibus pacifice vitam agere cordi
"est, vicissim omnium erga se bene-
"volentiam experiuntur. Nihil huic
"genti æq; conducibile video, quam
"dum hoc unum studet, quo pacis
"munere & beneficio adaugeri pos-
"sit. Cum autem res Gothica adeo
"fuerit valida, ut cujuslibet finiti-
"marum gentium aut etiam nati-
"onum bello par esse queat, neque
"etiam tum pax infringenda erit.
"Quod si aliqua cæterarum natio-
"num infesta signa contra vos leva-
"verit, nihilominus pro se quisque
"quam diligentissime curet, Marti

"p:cem prætendere. Hac in re f
"opera luditur, concordiam, quà ar
"dentissimo amoris incendio invi
"cem diligi possitis, amplectimini
"Hac siquidem progenitores nostr
"tot tamq; vasta regna permearunt
"donec Cimbricum Regnum certo
"loco stabilitum est. Hac quoque
"Guthorum nomen indelebile, &
"regnum invictum permanebit. Di
"scordia enim, ut omnia destruit
"ita nihil exædificat; Concordia
"vero, si colitur, quæ non nutrit, fo
"vet, adauget, conservat? Et ut u
"no verbo dicam: Omnia quan
"tumvis parva & humilia primordi
"habuerint, incredibile memorat
"est, quam facile per concordiæ vin
"culum in summæ dignitatis fastigi
"evadant. Restat id solum, quo
"ultimo loco me commonefactu
"rum pollicebar. Si verum extre
"ma necessitudine coacti armis u
"tendum statuitis, non à quavis gen
"te auxilium contra hostes implo
"randum est, sed à consanguineis ve
"stris, utpote Guthis & Cimbris
qu

"qui inter asperos casus adsci-
"scendi sunt. Optima namque est
"necessariorum opera opis indigo.
"Inter conjuratos sæpius inventa est
"fallacia & defectio; sanguinis autem vinculum tenacius hæret. Hac oratione habitâ, mirum in modum omnium animis summa alacritas innata est. Jamque inter se Insulam partiri, ædificia extruere, agros colere incipiebant. Secundo post hæc mense *Huiteſtierna Hafderi* conjux conceptos ex eo mares tergeminos enixa proditur; primogenito namq; *Guthi* nomen inditur, secundus *Grippa* nominatur, postremus *Gunfinus* vocitatus est. Fratres igitur trigemini Anno mundi 2265. nati sunt; verum ubi adultam ætatem consecuti sunt, patriam in æquas partiones tres dividebant, hoc pacto. Pars ad Septentrionem vergens *Grippæ* cessit; Qvæ vero versus Austrum perrecta erat, *Gunfino* obtigit: At inter utramque mediam *Guthi* possedit. Tam justæ divisiones æquabilitatem memoria etiam posteris firmavit. Siquidem

Guthi, Crippa, Gunfinus nascuntur A. M. 2265.

Insulæ Guthlandiæ divisio inter tres fratre A.M. 2286.

dem ob hanc tertiationem adhuc hodie unam quamlibet harum partium *Tertianam* appellitant. *Hinc septentrionalis, Meridionalis & Media tertiana* (Norder / Synder und Midt-Treeding/) tam in sigillorum titulis, quam in publicis literis Gothorum etiam hodie leguntur. Sed non solum in dividendis provinciis, verum etiam in condendis legibus & judiciis secundum æquitatem & justitiam discutiendis germani fratres solliciti erant. At quoniam judiciarii ordinis onus gravius visum est, unusquisque viros quinque prudentia nec non auctoritate conspicuos in societatem adscivit. Quæ res ut magistratui molestiam magnam ademit, ita plebi non parvam optime constitutæ reipublicæ spem addidit. Decem & octo igitur in Senatoria dignitate constituti, judices ab officio appellabantur. Quæ constitutio & appellatio in hodiernum diem manet. Cæterum *Guthi* cum ab omnibus aliis, tum a fratribus *Grippa & Gunsino* supremus judex consaluta-

Judices eliguntur.

tatur. Magna quippe in *Grippa & Gunfino* animi modeſtia conſpiciebatur, qui cum ſupparis eſſent dignitatis, fraterno jugo ſponte colla potius ſubmittebant, quam vel minimam ambitionis notam proderent. Nec vero *Guthi* inſolenter indomiteve magiſtratum geſſit ſupremum, ſed fratrum judicumq; collegio fretus rempublicam non ſine ſumma laude & gloria adminiſtravit. Plus igitur gloriæ ſuâ an fratrum virtute contraxerit, incertum reliquit.

Exinde *Grippa & Gunfino* defunctis, ad *Guthi* rerum ſumma conceſſit, cujus fortuna virtute alita, eo felicitatis exceſſit, ut nullum unquam æmulum in principatu viderit, quamvis æquales multos divitiis honore & viribus pollentes habuerit. Numeroſa quoq; inſuper prole conſpicuus fuerit, ad mortem tamen ipſe principatum obtinuit. Quo fatis functo; *Vamlingus* filius, quem præſtantior Vamlingus A.M. ætas honori tempeſtivum fecerat, 2340. nam quinquageſimum annum attigerat, patris loco ſuffectus, ad cen-

tesimum vitæ annum præfuit. Quicquid ad firmandum principatum attinuit, acerrima ingenii exercitatione tractabat. Munitiones & propugnacula qvam plurima ædificari curabat. Juventutem armis, quam poculis asſvefieri ſpecioſius duxit. Filios exercitui præeſſe haud infimo gloriæ loco cenſuit. Qui cum fato ſe vicinum conſpiceret, ſeptem filios convocat. E quibus *Hablingus* non armis modo, ſed etiam ingenio celebris, incertum fortior an prudentior fuerit, reliquis à patre præficitur. Hic fratrem *Hangvarum* natu à ſe ſecundum navigio donat, atque ei reliquorum conſenſu in Oceano orientali piratas profligandi munus deferendum decernit. Duabus itaque in eminentia conſtitutis quinq; alii ejusdem faſtigii cives parebant. Qvæ res ut inter Germanos concordiam, ita in republica animorum alacritatem peperit inenarrabilem.

Hablingus. A. M. 390.

Hangvarus piratas infeſtat.

Hangvarus igitur, cui mare ceſſit, *Gerittam* & *Beccum* fratres amiciſſimo vultu & benigniſſimo ſermone exceptos in ſocietatem pelle-

lexit; majorem gloriam acquisituros asserens, si liberam navigationem civibus præpararent, quam si privati nihil, quod Reipublicæ prodesse possit, molirentur. His aliisque consentaneis modis fratres affatus propensam eorum fidem sibi conciliavit. Nec cupidius oblatum munus, quam receptum. Socia igitur classe & concordi fratrum opera ac virtute piratis vacuum redditur. Insulæ Carlorũ. *Insulas* insuper *duas Carlorum* dictas, (quod vocabulum ab eo compactum est, quia tam piratæ fortiter repugnando, quam Gothi, qui piratas ab his expulerint, viros strenuos se præstiterint) majorem & minorem Guthlandiæ vicinas maritimarum virium certamine pertentant, donec deletis, ut dixi, latronibus eas possederint. Quippe dum Guthorum fortunæ crescere incipiebant, confluxere undelibet piratæ, atque in his insulis piraterio constituto, cujus vestigia etiamnum in rupibus visuntur, a quo tanquam è specula mercatores advenientes aut abeun-

tes prospectabant, quos sæpius vitâ & bonis quam plurimis spoliantes miserrime afflixerunt. *Hangnarus* igitur excellenti virtute contra piratas mota expeditione, navali pugna victoriam consecutus, non inanem spem rerum prospere agendarum Guthis præbuit.

Siquidem hoc est primum Guthorum bellum idq; navale, sed non sine victoria confectum. Atqui hoc facto fururis operum titulis auspicatissimum dederit exordium. Ea quippe res bellorum Guthicorum magnitudinem augurata est. Nam sexaginta myoparonibus hostium vel submersis vel debellatis, & captis, *Guthorum*, qvi summum decem & octo, omnes erant incolumes. Ea tempestate florebat *Guthlandia* potentia & divitiis, ad Cimbros consanguineos & amicos suos multa ex præda, quam in *Insulis Carlorum* nacti sunt, apophoretâ miserunt; quæ munificentia singulorum animos, qui tantis donis adeo honorifice munerati sunt, ad quodvis pericu-

lum

lum aggrediendum excitabat: quamobrem congregati non parvo numero societatem *Hangvari* petunt. Is rebus, ut dixi, celerrime felicissimeque confectis non elatus, sed, quam potest, demississime atq; officiosissime illorum postulata suscepit.

Oceanum adhuc manus piratica non reliquit, sed in occidentali Cimbrici maris parte maxime omnium grassata est. *Archipirata* natione Teutonus, nomine autem *Halmico*, tantam exercuit sævitiam, ut absentes crudelitatem ejus, velut si coram, perhorruerint. *Hangvarus* itaque in consortium ascito *Gunnaro*, qui non contemnendam Cimbrorum manum secum duxerat, naumachiam denuo tentare non formidat: superioris enim temporis secundo prælio animosior nihil adeo arduum sibi existimabat, quod non virtute consequi posset. Itaque Insulæ toti quam maximum potest navigiorum numerum imperat. Ubi de eorum adventu Teutonici certiores facti sunt, nihilominus in-

ne-

negotiatores sævitia usi, sed con
ctâ Guthorum Cimbrorumq
classe, trepidare omnes, atque a
contremiscere, ut ne unum qui
adventantium impetum ferre
Non enim nudos & inermes me
tores, sed procinctam classem in
pinquo adesse animadvertunt.
erat omnium quisquam, qui asp
modo tantæ multitudinis susti
posse arbitraretur. Sine intern
igitur omnes ad ultimum Cimb
maris sinum remigiô velôq;, qu
tum possunt, profugiunt. Sinus
Slea appellatur. Atqui hujus ap
lationis origo ab *alga* descendit;
Guthi *algam Sle* nominant, cujus
xima copia maris Cimbrici & O
ni æstu in hunc sinum convolv
Huc postquam ventum est, pr
se parant. Tum vero *Hangvar*
Gunnarus commoti, quod vent
cundo destitutis, contrario imp
tis piratas consequi facultas n
daretur. Forte fortuna, subsid
paulatim tempestate, malacia e

ta est. Remis igitur hostes aggredi cœperunt, quoniam velis denegatum erat. Incidit Gunnarus in navem, qva piratarum ductor Halmico vehitur. Ab his igitur præliari inceptum est, quo conflictu uterque occubuit, antequam cæterorum quisquam certamen iniret, adeo infestis animis in mutuam perniciem inhiabant, ut, uter prior animam efflarit, incertum reliquerint. At *Hangvarus*, vir & consilii magni & virtutis, suos hortatur, *ne vel* „*præcipitanter* in hostem ruant, vel „ignaviter impetum ejus exspe„ctent: Hoc timidis & effœminatis, „illud audaculis competere. Prioris „sententiæ exemplum in Gunnaro „& Halmicone cerni, posterioris ve„ro (si circumspecte & fortiter ipsi „cum hostibus pugnam commise„rint) piratarum reliquam manum „præbituram. Hac ratione à *Hangvaro* habita mirum in modum omnibus summa alacritas & cupiditas belligerandi innata est. *Hangvaro* itaq; in-

Piratarū clades.

incitatis classico ad prælium n
bus, nec non vexillo sublato,
pugnandi signum dare solitus
hostibus terror plusquam pai
incutitur. Ex quo fit, ut dum
que fugam parat, complures re
navibus scaphas conscendunt,
onere pressis in conspectu socio
submersi animam exhalant, ali
mutuo ad strenue moriendun
hortantur, sed à sociis derelic
Guthis & Cimbris circumvent
que ad internecionem cæsi;
adeo omnes miserabili & vario
dis genere deleti sunt. Cimbr
rem ad sinum *Slea* habitantes, h
sis, more patrio ingentes pyra
cendere per littora contendunt
signo perquam magnus Cimbro
numerus convolat; nam sæpiu
ratico bello lacerata, ac ferme a
tum & vastitatem usque annis
rioribus illorum patria redacta
Perculsi igitur timore, ne etiam
eundem eventum præstolaren
multi enim etsi viderunt alios
navibus sinum ingressi sunt, fug

mandare, alios vero insequi; composito tamen hæc peragi dicebant, quo facilius daretur aditus in terram; Omnes namque naves, quas videbant, celoces prædatorias existimabant. At ubi littora submersorum cadaveribus oppleri, nec non cymbas eversas remosque huc illuc fluctibus agitari cernunt, animos recipiunt, seseq; in spem erigunt. Oneraria navis, dum sibi cavere mercatores avent, vado hæret; hanc Guthica insecuta, utpote hostilem, putans, in idem periculum incidit; demissis itaque velis omni studio quidquæq; earum remigio effici possit, tentant; verum ea res frustra erat. Custodiæ in littore positæ id cernentes, acceptis minoribus navigiis & scaphis ad littus vi fluctuum projectis non parvo numero naves vado hærentes aggrediuntur. Cumque ad has accessissent, de omnibus certiores facti pene lutulento loco fixas remulco, multisque rudentibus contendentes in altum reductas extrahunt. Postero die mercatoribus

per prædones spoliatis res ablatas restitui Hangvarus curat; quicquid reliqvum erat prædæ, æquis porti-onibus inter sese Guthi Cimbriq; dividunt. Verum non solum prædam dispartiebantur, sed & nominibus commutatis, atque ob fidelem operam piratico bello conficiendo mutuo præstitam promiscue usurpatis, factum est, ut qui hisce in locis hactenus *Cimbri*, nunc etiam *Guthi* dicti sunt. Quare non pœniteat *Johannem Phrisemium*, quod in commentariis super cap. 19. l. 1. Rodolphi de inventionibus scripserit in hæc verba: *Gothi sunt, quos Ptolomæus & Tacitus γόυτας vocant juxta Cimbricam Chersonesum, quam & nostra tempestate incolunt.* Huic suffragatur Peucerus l. 4. Chronic. *Vitas, Saxones, Jutas interpretantur, à quibus Jutlandia nomen. Forte Gutthæ sunt, quos in Scandia Ptolomæus collocat, aut rectius Gothi.* Dictum est superius, tractum regni, qui hodie *Jutia* dicitur, primitus *Vedeslat* patrio idiomate appellatum.

Cimbri etiam Guthi sive Gothi dicuntur.

Hinc

Hinc autores etsi nostræ linguæ cognitionem, quantum ad etymologiam nominis, non assecuti sunt, tamen nostram pronunciationem secuti; gentem hanc *Vitas* appellabant: *Vitarum* enim meminit Beda in hist. Eccles. Anglica, quos Anglis Saxonibus vicinos facit. Sed de Anglis Saxonibus loco proprio novis dicendum erit.

Cimbri sive Juti unde Vitæ apud Veteres dicebantur.

De appellationibus igitur gentis *Juticæ* sic habeto. *Vitas* a Beda, & aliis, quos nos *Vidas* vel patrio sermone *Vider* primitus dictos cognoscimus; Deinde *Vitæ* etiam *Guthi*, ut commemoratum est, appellati sunt. Postremo ex Guthis, litera G in J permutata, *Juthi* nuncupantur.

Gentis Juticæ sive Cimbrorum variæ appellationes.

Tali modo ut dixi contra prædatoriam manum re gesta, Guthorum complures militiæ molestiam pertæsi ad sinum Sleæ oppidulum extruunt, affinitateque *Vitis* copulantur. Certe civitas ab eventu *Guthorpia* nuncupata est, quo in loco castrum *Gotthorph* hodie conspicitur. Hangvarus autem, Gerittus & Bec-

Gotthorph. sive Gutorpia Guthorū colonia.

cus cum reliqua multitudine tam *Vitarum* quàm *Guthorum* perquam magnâ onuſti prædâ Guthlandiam repetunt. Summa tum animorum alacritas incolis exorta eſt: contemplati enim ſocios civesque non ſolum navium numero adauctos, verum etiam locupletiſſimos rediisſe. Qvæ res nomen Gentis mutavit. *Guthi* ſiquidem poſtea *Gothi*, *Guthia* vero *Gothia*, & *Guthlandia Gothlandia*, id eſt, *bona terra* ſive *regio* noſtratibus dicta eſt. Quare hac in re non aberrat à ſcopo Wolfgangus Lazius de migrationibus gentium l. 2. his verbis: *A bonitate & certaminum laude Gothi dicti*. Hæc de nominis etymo. Non arbitror eſſe prætermittendum, quemadmodum *Vitæ* pari modo habitationes apud Gothos ſive Gothlandos, veluti antea hi apud illos, acquiſierint. Eſt in Gothlandiæ auſtrali plaga provincia *Hogborg*, à præexcelſa rupe, quæ tota marmorea eſt, nomen habens. Hic portus in ſinu, qui illorum lingua *Buswig*, id eſt, ſociorum Sinus vocatur; nam

Guthi, Guthia, Guthlandia poſtea dicuntur Gothi Gothia Gothlandia.

Colonia Cimbrorum ſive Jutarum in Gothlandia.

Hogborg

Buſwig.

Vitæ

ita Gothorum socii sinum hunc si-
;,postquam in Gothlandiam rever-
sunt, vendicavere. Etenim Hang-
irus deleta manu piratica *Vitis* hîc
ibitationes designat. Hinc colo-
iæ hujus nomen etiam nunc apud
othlandos superest, unâ duntaxat
erâ mutatâ *Fita* dictum, quam an-
hesin Germanis, qvorum fre-
iens ad portum *Buswig* negotiatio
:istit, acceptam referemus; ab illis
iim V litera tanquam F in pleris-
ie vocibus profertur, atque hoc
icto *Fita* in Gothia à Germanis di-
i, qui antea *Vita* appellabantur. Fita.

His rebus constitutis, qui in
othlandia consederunt, incredibi-
memoratu est, quam facile coalu-
int: Usque adeo enim intra cen-
m annos auctus est Gothorum
imerus, ut quamvis agros fertilis-
nos colerent, piscaturam exerce-
nt, mercaturam facerent, & na-
gatione celebres habiti sint; nihil-
ninus tamen verebantur, ne brevi
mpore fame prædominante sibi
riclitandum esset. Qua de causa
con-

Concilia de aliis sedibus qværendis habitum An. M. 2500 tempore Josuæ.

concilio convocato de reipubl. utilitate Senatus deliberabat, atque hac in re magiſtratus populique mira consenſio. Decernunt itaq; ſortito tertium quemq;, nulla conditionis, ætatis ſexusve, habita ratione, ad alias ſedes quærendas emittere. Arbitrati ſunt enim fame pejus torqueri, quàm in acie fortiter mori. Verùm ſorte confecta, primarius quidam vir, *Thoro* nomine, ſociorum animos inſtigat, ne ſeſe expelli patiantur, ſed arreptis armis reliquæ multitudini reſiſtant fortunamq; potius tentent, quam cum ignominia exilii aleam ſubeant. Rupem igitur præarduam & fere inacceſſam munire contendit, atque ex hac prædabundus in vicinos agros incedit. Sed conatus ipſum fefellit: Nam ſubito deprehenſus & capite plexus æternam ſui nominis famam loco reliquit. Hunc enim in diem Tyranni nomen rupes *Thoreborg* obtinet, atque hinc factum eſt, ut montem, quem neq; vi, neque gratia vivus tenere quivit, mortuus absque controverſia poſſidet.

sidet. Interfecto Thorone seditionis & rebellionis auctore, *Helgo* dux constitutus insulam Gothlandiæ vicinam *Faroam* petit. Sed quia hæc tantam multitudinem alere nequivit, *Estiam sive Estoniam* occupant, quam cum aliquot annos pacifice possederunt, oppida & castella extruxere. Parva quoque Insula & alioqui ignobilis tantos conatus etiam experta est. *Dageder* appellavere majores, nostra ætas *Dagerorth* vocat; nam in hac qvoq; arcem ædificant. Verum crescente indies multitudine, anno mundi, ut accepi, 2560. fame prædominante, coacti sunt & has sedes mutare. Ductore igitur *Dan. Helgonis filio*, (nam pater eodem anno matura ætate mortem obiit,) profecti versus *Dubonem*, qui etiam *Duna* dicitur, per Russiam in Scythiam Europæam contendunt. Ad Rubonem fluvium naves omnes incendunt, ne qua facultas retrocedendi concedatur. Accepi autem trecentas longas naves in cinerem redactas, quarum quæque

Farca Insula.

Gothorum tertia fedes in Estia l. Estonia.

Helgo duct. An. M. 2502.

Dageorth.

quinquaginta, advexit, qui arma ferre possent, reliqua turba excepta.

Gothorũ quarta sedes in Scythia Europæa, in qua est Dacia, nunc Valachia magna dicta.

Constat igitur Gothorum quindecim millia per Russiam in Scythiam Europæam ingressos, atque totum hunc tractum, qui à Tanai, qui Asiam ab Europa dividit, ad Thraciam usq; protenditur, per aliquot secula obtinuisse. Verum de hisce finibus gravissima orta sunt dissidia inter Gothos & vicinas gentes. Nam *Getæ*, qui antea ex Asia in hæc loca venerant, & Thraces inita societate cum Asiaticis bello *Gothos* lacesserunt. Inter hos autem vir strenuus, qui ante aliquot annos ducem exercitus egerat, *Tanahes* nomine, Rex constituitur, primoque *Getas & Thraces* profligat, deinde Asiam minorem late vastando pervolitat, vectigalemq; effecit. Hujus quoq; meminit Jornandes; & Justinus lib. 2. Sed longe erat, cum, dicit, pendendi tributi finem Ninum Assyriorum Regem imposuisse. Et l. 1. sic scribit: *Fuere quidem temporibus (Nini) antiquiores,*

Tanahes 15. anno Jair Judicis Israel An. M. 2734.

qviores, *Vexores Rex Ægypti*, *& Scythiæ Rex Tanais &c.* Omnes enim Historiographi, qui Nini mentionem faciunt, testantur illum imperio Assyriorum præfuisse multo ante. Quod Archilochus qvoq; de temporibus testatur, cum dicit, Ninum cœpisse annis 250. post diluvium novimestre. Atqui hæc rationi magis consentanea sunt. Obtinuit igitur regnum Assyriorum Ninus anno Mundi 1907 ætatis vero Noæ anno 851. Tanahes autem Asiam subegit anno Mundi 2734. tempore Jair Gileaditidis Judicis Israel.

Jam ordine debito ad reliqua, quæ ad Gothos spectant, me conferam. Tempore Trojani belli præfuit Gothis in Mœsia superiori & inferiori *Telephus*, Herculis ex Auge sorore Priami filius, quem Dion Cassius Getam fuisse refert, cujus etiam Jornandes meminit, & Dictys Cretensis de bello Trojano l.2. *Effluxerant autem vix triginta anni inter Tanaes victoriam & Telephi regnum. Telephus* non erat Geta, verum à *Teutrante* rege

Gothorũ quinta sedes Mœsia

Telephus flor. A. M. 2762.

Teutras.

rege liberis masculis orbato adoptatus, nec non *Argiope Teutrantis* filia in conjugem assumta successor regni constitutus, ut refert Diodorus Siculus l.5. Inter reges Gothorum à Jornande etiam recensetur *Euripilus*, Telephi filius, etsi bello Trojano, cui propter amorem Cassandræ intererat, à Neoptolomæo interfectus est, ut tradit Dictys Cretensis l. 4.

Euripilus flor. A.M. 2780.

A Trojano bello nihil memorabile recenseri potest de Gothis, usq; ad annum M. 3453. Hoc eqvidem tempore Dario Hystaspide filio sese dediderunt, atque ejus exercitum secuti militiæq; adscripti sunt, Herodoto l.4. Regnante autem apud Persas Dario Longimano A. M. 3522. Antenor l. Orientalium Cimmeriorum, sive ut alii Scytharum ad ostia Danubii Rex à Gothis in bello cum multis cæsus est.

Antenor Anno M. 3522. à Gothis cæsus. Jo. Trithemius.

Profligato Antenore securi sedebant *Gothi* annos fere centum in *Dacia*, quam Transylvaniam & Valachiam hodie nominant, usque ad ætatem

Gothorũ sexta sedes in Dacia. A. M. 3630.

ætatem Alexandri Magni, quo in loco fortissimè pugnando se adversus Macedones defenderunt, quamvis eorum urbem quandam debellasset Alexander, ut autor est Arrianus l. 1. de reb. gest. Alex. & Strabo l. 7. Geogr. consentit. Sed Alexandro occupato bellis adversus Darium Persarum Regem, Scythas Asiaticos & Porum Indorum Regem, Gothi in tantam crevere multitudinem, quod totam Scythiam Europæam oppleverint, atque hinc egressi in Germaniam usq; ad Saxones omnia vastantes, eodem anno, quo Alexander M. Porum Indorum Regem ad Hydaspem vicit Anno M. 3637. Variâ deinde usi fortunâ, donec per Saxones & Sicambros, aliosq; Germaniæ populos, quibus præfuit Nicanor, magna clade affecti, in Scythiam Europæam regredi coacti sunt, A. M. 3747. De hoc conflictu extat apud Jornandem, cum tradit, *Gothos Vandalorum terras occupasse;* & alibi, *Gothis haud procul a Vistula Francos vicisse, castrisq; à regione Gothorum gentem*

Gothorũ septima sedes in Germania. Vid. Jo. Trithemium

gentem exuisse. Romani deinde ad sedandos Gothos Curium Procos. primo, deinde Lucullum quoque eo tempore Cos. Miserunt. Hos autem nihil aut parum exemtos certum est. Lentulum autem de Gothis triumphasse atque ob devictam Gothicam gentem triumphalibus ornamentis donatum fuisse, refert Cornelius Tacitus l. 4. hist. Sed neque ob hanc cladem penitus subacti sunt Gothi; verum illorum arma & vires expertus est C. Julius Cæsar, non sine summa animi perturbatione & desperatione, Apiano l. 2. belli civil. teste.

Quæ hactenus de *Gothis* dicta sunt, ex antiquissima vetustate in Gothia sive Gothlandia inventa collegi & cum aliis veteribus probatæ fidei autoribus contuli. Verum priorem hanc eruptionem & alias vicinas terras Gothicarum rerum scriptores omnino ignorarunt, sed alios quosdam Reges verius Scythas Asiaticos, quam Gothicos recensent.

Tanais

Tanais Regis, Telephi & Euripili, ut dixi, quidem meminere; de superioribus, quorum ego memini, mirum silentium. Gothi vero in Guthlandia habitantes sua lingua exaratas de his rebus chartas sibi reservabant. Verum his missis ad alia scitu digna stilum conferamus.

Quia vero de nomine inter multos controversia est, utrum *Gothi*, *Guthæ*, *Getæ*, & *Guthones* eadem gens fuerit? Non arbitror silentio prætereundum huic quæstioni competens responsum. Certe si hæc Borealia regna cognita fuissent antiqvis scriptoribus Græcis & Latinis hisce aut similibus quæstionibus supersedendum esset. Sed qvid frustra conqueror? Germania, qvæ vicinior multo Romanis exstat, qvam hæc regna, non est antiquorum Historiographorum lucubrationibus ad ungvem illustrata. Sane vero Cornelius Tacitus, etsi de situ, moribus & populis Germaniæ scripserit, tamen multa vel omisit, vel non cognovit; quod ejus interpre-

tes

tes hodie conqueri possunt. Quid qvod veteres Græci, uti prudentissime monet Philippus lib. Chron. 1. Gallos & Germanos uno nomine, Celtas appellarunt, quod absque controversia videre erit l.2. & 4. Herodoti de Istri fluminis origine. Adde qvod Diodorus Siculus lib. 6. c. 9. idem facit. Sic autores qvam plurimi de *Gothis & Getis* scribentes, qvia primas sedes eorum ignorabant, varia discrepantia inter se certatim, digladiabantur. *Jornandes* ipse, quem Beatus Rhenanus *Alanum* fuisse dicit, etiamsi genere se *Gothum*, profitetur, nunqvam vidit hæc regna aut aliquas partes terrarum, è qvibus *Gothi* primitus egressi sunt; nam circa annum Christi 550. gentis Gothicæ historiam scripsit. *Gothos è Scania, quam Scanziam vocat*, egressos narrat; quod equidem accidisse conjectat Syllæ tempore. Verum hæc de nomine Scanziæ & tribus solummodo navibus, quibus vecti sunt Gothi, fabulositatem sapiunt, veluti & ea quæ de Gepidarum nomine tradit;

Ann. M. 3880. De hac eruptione inferius dicendum.

tradit; relatione autem aliorum hæc omnia habet. Potuit equidem facile fabulis decipi, quemadmodum non ſolum Hiſtoriographis, ſed etiam aliis doctisſimis viris compluribus his ſeculis falli contigit. Qvis non miratur doctrinam & ingenium excellentiſſimi Medici Valerii Cordi? Is in annotationibus *ſuper cap. 84. l. 1. Dioſcoridis de Bitumine* hæc ſcribit: *Liqvidum bitumen, quale in Sicilia reperitur, copioſe etiam in Gothia gignitur.* Hic vir plane deceptus eſt nugis quorundam, qui Gothiam nunquam viderunt, nedum ingreſſi ſunt, qvod ex ſeqventibus patet. Nam ſic addit: *Eſt & aliud liqvidæ picis genus ex picei generis arboribus, earumq; pinguisſima ſubſtantia elicitum, quo axes curruum ungunt, quod nequaquam ad hoc liquidum bitumen referendum eſt.* Hactenus ille. Certe hoc poſterius liqvidæ picis genus eo, quo dicit, modo excoquitur in *Gothia*, quæ hodie *Gothlandia*, copioſe ſatis. Prius autem, quod liquidum bitumen vocatur, Gothia non

gignit,

gignit. Ita magni cum nominis tum autoritatis viri sæpius decipiuntur. Sed his omissis rem ipsam aggrediemur.

Getæ vetustiores sunt Gothis.

Getarum originem vetustiorem esse quam *Gothorum*, manifestum est ex libro I. Chron. Philippi, qui in hæc verba elegantissime quæstionem hanc discutit: *Inter filios Sem nominatus est Gether, à quo Getas ortos consentaneum est. Getas autem Gothos postea nominatos esse non dubium est, qui progressi tenuerunt eam regionem, quæ nunc VValachia dicitur.* Postea subjungit: *Significat autem Geth molam, Gether dominus molæ, fortassis quia posteritas loca uberrima tenuit.* Et lib. 3. inqvit: *Nomen Gedid militem significat.* Sive igitur, ut autor est Philippus, nomen *Geta à Gether*, sive *Gedid* derivatum est, antiquiorem esse constat appellationem *Getarum* quam *Gothorum*. Nam *Gether*, à quo *Getæ*, inter filios Sem numeratur, Gen. 10. & 1. Paralip. 1. Qvo autem in loco aut qua parte mundi sedes primas posteritas Gether collocaverit, ex

lib.

lib. 1, c. 14. antiqv. Josephi manifestum est, cujus hæc sunt verba: *Sem tertio Noa filio quinq; fuerunt filii, qui usq; ad oceanum seorsum habitabant Asiam, ab Euphrate facientes initium.* Postea vero *inter quinq; filios Sem recenset Aram, a quo progenitus est Gether*, de qvo sic scribit: *Gether Bactrianos instituit.* Hæc Josephus. Constat Bactrianorum regionem in medio Asiæ sitam, ubi etiam Bactra civitas erat, quam Ninus expugnavit. *Diod. Sic. l. 3. c. 2.* Fuerunt igitur Asiatici hi *Getæ*, ex posteritate *Gether*, qui inter filios Sem numeratus est. Sed inter Thraces & Scythas Europæos postea sedes habuisse, atque à *Gothis* debellatos superius demonstratum est. Getæ Asiã inhabitarunt.

Gothi vero non a posteritate Sem originem traxere, sed à Japhet, adeoque à *Guthi* etiam eodem nomine vocati. His suffragatur *VVitichindus Saxo* lib. I. *Gothi de insula nomine Scandia egressi sunt; à primo autem Duce Gutho Guthi appellati sunt.* Hæc ille. Postea a bonitate & divitiis Gothi dicti, ut superius commemoratum est. At-

qve ubi ex Scania in Gothiam sive Gothlandiã, deinde ex hac in Estiam & Russiam pervenere, tandem Scythiâ Europæâ devictâ, cum Thraces Getasque debellassent, *Getarum* nomen adepti sunt. Quamvis Beatus Rhenanus *Gothos* rectius *Geticos* quam *Getas*, quod in Getarum regione consederint, vocari maluerit. Testimonia hujus rei probandæ adducam. Theodoricus Adamæus in 4. lib. Procopii de ædif. Justini Imperatoris ita scribit: *Gothi quorum hic Procopius meminit à Græcis Getæ appellari, & è Scandia olim Insula primæ originis sedibus profecti &c.* Orosius l. 1. c. 16. sic habet: *Modo autem Getæ illi, qui & nunc Gothi, quos Alexander evitandos pronunciavit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar declinavit, relictis vacuefactisque sedibus suis ac totis viribus toti Romanas ingressi provincias, simulque ad terrorem diu ostentati, societatem Romani fœderis precibus sperant, quam armis vindicare potuissent.* Et Philippus 1. Chron. 1. dicit *Getas postea Gothos nominatos*; It. l. 2. *A Gethis Gothos nominatos non dubi-*

um' est. Hactenus de Getarum appellatione, qua ratione Gothis indita est, sufficiat. Jam de reliqvis nominibus.

His etiam Gutones anumerantur, Philippo l. 3. Chron. teste: *Getæ*, inquit, *quos Plinius Guthones appellat*. Huic suffragatur Peucerus Chron. l. 4. *Gothi qui Getæ & apud Plinium Guthones vocantur*. Vid. Plin. l. 4. c. 14. Quid multa? Plane ex his constat, Gothos, postquam in Getarum regno coaliti sint, Getas, Gutones & Gothos promiscue dictos, veluti antea in Scania ejus confinibus, Jutia quoq; & Gothlandia, Guti, Guthæ, Vitæ, Juti, & Gothi appellati sunt. Extat ad portam meridionalem civitatis Wisby in Gothlandia infelicis belli Gothorum sub nomine Guttensium contra Danorum Regem Waldemarum ejus nominis quartum in marmorea statua inscriptio in hæc verba: *Anno Domini 1361. feria tertia Jacobi ante portas VVisby in manibus Danorum ceciderunt Guttenses: hic sepulti, orate pro eis*. (Nihil hic mutare aut postponere volui, etsi

Plura nomina Gothorum.

è ſacris literis edoctus, quid orationi pro defunctis tribuendum ſit, ex Dei gratia non ignoro.) Vides Gothos etiam *Gutenſes* tertio abhinc ſeculo dictos. Qvare Philippus Chron. l.3. prudentiſſime admonet: *Obſervandum eſſe, nomina eadem alios magis, alios minus agreſti & horrido ſono pronunciaſſe.* Hactenus de nominum diverſitate luculenter me dixiſſe arbitror, poſteaquam de origine Gothicæ gentis ejusqve eruptionibus delibatum eſt. Reliqvum eſt, ut de Gothorum altera eruptione, qvæ Anno quadrageſimo ante Salvatoris noſtri nativitatem contigit, diſſeram. Verum hæc ad vivum reſecare, ut graviſſimi autores quamplurimi fecere, non eſt mei inſtituti. Sed paucis ut accepi egreſſionis tempus, colonias quoque, uti in ſuperioribus feci, recitabo.

Altera emigratio Gothorum An. M. 3903. & ante Christum 47.

Alia equidem manus Gothorum, ut monumentum in Gothlandia à me inventum tradit, non è *Scania* ſolum egreſſa eſt, verum etiam è toto Daniæ Regno & *Sveciâ*. *Gothlandia* quo-

quoque, *Gothia Orientali & Occidentali*, nec non è *Jutia*, aliisque Regni Danici Sveticique provinciis Frotonis III. Danorum Regis tricesimi temporibus. Opplevit autem hic exercitus tractum littoris Germanici à sinu Venedico, qui Prussiam alluit, ad sinum Sleæ. Nam Scani *Rugiam*, Svetici cum Gothis Orientalibus & Occidentalibus *Pomeraniam Prussiamq;* invadunt. Gothlandi regiones orientales *ad Vistulam* petunt. Atqui hi omnes navibus adventabant. *Justi* autem, qvi & *Vitæ* & *Guthi* dicti sunt, cum *Sialandensibus*, *Fionensibus* & reliqva haud parva manu ex Insulis regni Danici conflata terrestri itinere confecto in *Saxoniam* contendunt. Hinc ortum est, *Ostrogothorum* & *VVestrogothorum* discrimen, ut qvi è *Scania*, nec non *Suecia*, *Gothlandia*, *Gothia Orientali*, & *Occidentali* profecti sunt, *Ostrogothos* se nominarunt, quod orientaliores reliqua manu extitere. *Juti* qui & *Guthi* sive *Guthæ*, & eorum socii, qui ad occidentalem vergebant, *VVestrogo-*

Scani Rugiã, Sveci & Gothi orientales & Occidentales Pomeraniã & Prussiã Gothlandi regiones ad Vistulam, Juti & reliqvi Dani Saxoniam petunt. Ostrogothorum & westrogothorũ discrimen.

thi dicti sunt. Atque hæc distinctio ideo facta est, ne qvis ab una illa gente, quæ inter Daniam & Sveciam sita est, tantos conatus susceptos autumet. Nam inter duo potentissima regna Daniæ scil. & Sveciæ, hicce populus coalitus, qvi hodie Ostrogothi & Westrogothi dicitur, qvid faceret, absque Societate Danorum & Svecorum? Certe quemadmodum inter Daniam & Sveciam Ostrogothorum & Westrogothorum provincia est; ita in Daniæ occidentali parte *Austroguthiam* & *Aqvilonarem Guthiam*, similiter in Gothlandia Syderguther, *id est*, Meridionales Gothos, & Nordeguther, qvod Boreales Gothos sonat, esse compertum est. Causam hujus expeditionis, Slavorum in Daniam irruptionem extitisse, tradit Saxo histor. Dan. l. 5. Apparatum vero hujus belli his verbis describit: *Froto trajiciendæ in Slaviam expeditionis gratia, tam è Danis quam ex finitimis ingentem adsciverat classem.* Et paulo post: *Jutiæ eqvitatum terreno proficisci itinere jubet, reliqua*

liqua exercitus parte marinum ineunte compendium. Tanta autem navigiorum frequentia mare compleverat, ut nec receptui portus, nec castris littora aut commeatibus impensa suppeterent. Terrestris autem acies tanta fuisse fertur, ut compendii gratiâ explanasse montes, meabiles effecisse paludes, lacunas aggeribus exaquasse, vastissimasq́ voragines injectis molibus explesse dicatur. Hæc Saxo. Quis non videt, hunc exercitum justum extitisse ad subigendas nationes & gentes quantascunque; non illum, qui tribus tantum navibus trajecit, ut *Jornandes* scribit. Certe horum trium Regnorum populi tanquam in unam massam conflati omnem pene Germaniam subegerunt. Cujus rei vestigia quædam Gothicæ gentis, ut autor est *VVolfgangus Lazius de migrat. gent. l. 10.* iis ipsis in agris Germaniæ manet. Nam & Gotha civitas in Silesia, & altera apud Misinos, & in Bohemiæ agro Gutthenberg & Gutthenstein haud ignota castra etiamnum inde appellata supersunt.

Gothi sane qui ad Istrum ante à Francis, nec non aliis Germanorum gentibus quamplurimis sunt pulsi, Romanorum potentiam timentes, ad hosce, qvi secundo egressi sunt, Gothos Antiquos consanguineos & congentiles legatione missa, perquam amice suscepti sunt. Hanc expeditionem *Fragmentum* in Gothlandia situ & squalore erutum in hæc verba continet: *Frotho magnus ascitis in societatem Alrico Sveciæ, & Gestiblindo Gothiæ Regibus, postquam Vandaliam ob crebras rapinas severissime ultus esset, omnemque Germaniam sibi subjecisset, Beronem Bister exercitui præfecit. Ipse autem Rex Frotho in Daniam, Alricus & Gestiblindus in propria regna redeuntes, Sclavorum deprædationibus, quos antea male minisq; formidabant hæc regna, subditos suos non solum exemtos & liberos, verũ etiam suo fœdere cunctis hoc vicinis gentibus terribiles effecere.* Hæc habet fragmentum. Non possum me continere, quin audacter hic proferam quæ sentio. *Berobister* non potest esse Berobister, qui alius à *Berobista*.

Au-

Autores qui de Gothis ſcripſère, quoniam linguam Borealium regnorum non callebant, ex proprio & cognomine ſolum proprium exſtruxere. Sed neque in hoc concordantes; Quidam enim *Berabiſtam*, quidam *Borbiſtam* quidam *Boroiſtam*, quidam *Bœriſtum* ſcribunt. Lazius quia Danica, Svetica & Gothica nomina vult facere propria Germanica, hac in re mirum quam ſe torquet, nunc à veritate, nunc à propugnatione *Bœrobiſtæ* nomen deducit. *Bœro* apud Danos, Svecos & Gothos etiam nunc in uſu eſt, & ſcribitur in vernacula lingva per ö ſive Danicum diphthongum in prima, & e vocalem in ultima Syllaba. Sed Diphtongus æquivalet œ Diphthongo latino; profertur vero ſyllaba habens ö à Danis eo ſono, quo Germani proferunt in ſua lingva ſyllabas continentes o cum e ſupraſcripto, velut ö. *Bore* igitur apud Gothos ſignificat *inceptorem* à verbo ejuſdem nominis bore. Nam *Gothi* cum aliquo quærunt, utrum

hoc aud illud incepit, sua lingua dicunt: Haver du Boret Ploye/saa/Hoste/ quod Latine diximus; Incepisti arare, serere, metere. Hæc de proprio nomine: Jam de cognomine dicimus. *Bister* patrio sermone *atrocem, asperum, sive crudelem* significat. Hoc itaque cognomen illi impositum erat, quod hostibus formidabilis exstitit. Auctis igitur viribus Berobista Gothorum Rex plurimos finitimorum populorum Gothorum ditioni subdidit, trajectoque audacter Istro Thraciam diripiens, usque in Macedoniam & Illyricum magnum Romanis terrorem incussit, deque finitimis Gallis, Thracibus & Illyriis prædas ingentes reportavit. Bojos autem & subditos Cretoscyro Regi populos Augusto imperante funditus delevit, simul & Tauriscos, ut autor est Strabo l. 7. Geogr.

Sed affinitatem fuisse inter Augustum & Cotisonem Gothorum Regem tradit Svetonius in vita Aug. ita referens: *Marcus Antonius scribit, primum*

mum eum, Augustum sc. Filio suo despondisse Juliam, deinde Cotisoni Gotharum Regi, quo tempore sibi quoque invicem filiam Regis in matrimonium petiisset. Cotisonem Horatius carm. l. 3. Dacorum Regem vocat. Non igitur mirum, si Plinius l. 4. *Dacos & Getas* eandem esse gentem scribit. Nam Gothi mixti Dacis & Getis, ut superius commemoratum est, Daci dicti sunt. Singulorum Regum vel Principum nomina recensere, quemadmodum & bellorum supersedeo, cum tædio refertum esset in his immorari. Neque hic de Oppis Sabino & Cornelio Fusco ducibus à Domitiano contra *Diurpaneum Gothorum Regem* missis, atque ab eodem ad internecionem cœsis quicquam dicere volo. Vid. Sveton. Prætereo quoq; Trajanum, Hadrianum, Gallienum, Claudium & Aurelianum Imperatores, qvi dubia fortuna adversus Gothos sæpius usi sunt. De his Dion, Eutropius, Trebellius Pollio, & Flavius Vopiscus.

Bellum Gothorũ contra Decium An. Chr. 25.

Qvam atrox bellum contra De-

Decium gesserint Gothi, hinc apparet, qvod in priore prælio triginta millia Gothorum ceciderunt. Verum postea Decius arte in loca palustria tractus, & in Abricio Thraciæ flumine submersus, filius fortiter in prima acie dimicans interficitur; uti Jornandes, Cassiodorus, Orosius, Eutropius, Pomponius Lætus, Sext. Aurelius, Jo. Baptista Egnatius & alia non parva scriptorum turba tradit. Hæc facta sunt circa annum Christi 253. Seqventi anno Gallus Imperio præfuit, cum Gothis fœdus firmat, non sine Romani nominis ignominia tributum eis pendens, ut tradunt Pomponius Lætus & Blondus. Hinc Gothi è Thracia in Asiam irrumpunt, omnia longe lateq; vastantes; Ephesiæ Dianæ templum incendunt, Græcia, Macedonia, Pontus & Asia hac inundatione delentur, Orosio teste. Hæc quidam adscribunt ignaviæ Galieni Imperatoris; sed *Orosius* lib. 7. c 22. rectius iræ divinæ, quæ propter crudelitatem

Fœdus Roman. Imp. cum Gothis pangit.

Gothi in Asiam irrumpunt

qvam

qvā adversus Christianos exercebant Roman. Imperatores, excanduit.

Anno Christi 274. *Cannaba* Gothorum Dux trans Danubium a Valerio Aureliano interfectus; sed Gothos Aurelius Probus per deditionem in amicitiam accepit anno 281, Flavio Vopisco teste. A Constantino M. circa annum Christi 336 denuo victi sunt, verum restauratis vicibus potentissimum quoq; Regem nacti *Ermanaricum* transeuntes Istrũ, Thraciam pervastarunt, Valentiniano I. Rom. Imperium obtinente. Porro de Valentis miserabili fortuna, deqve Romani exercitus strage per Gothos facta id solum hoc loco monendum censui, Legiones Rom. peditum ab eqvitum turmis desertas primo sparsim fugisse, deinde funditus cæsas. Imperatorem sagitta saucium atque in tugurio cujusdam pagi ad Adrianopolim latitantem combustum. Atqui hæc erat ultio divina ob octuaginta Episcopos, qvos navi incensa interemit, ut Sozomenus in tripartita historia scribit.

Cannaba A.C. 274.

Gothi in amicitiā accipiuntur ab Aurelio Probo A. C. 281.

Ermanaricus. A. C. 336.

Strages Romani exercitus per Gothos facta A.C. 381.

scribit. Vid. *Eutropium, Ammianum, Pomp. Latum, P. Diaconum, Jornandem, Orosium, Joh. Baptistam, Sextum Aurelium, Egnatium &c.*

Gothi Thessaliam Thraciam & alia regna vastant.

Triennio post Valentis obitum *Thessaliam, Thraciam, Pannoniam & Epirum vastant*, donec a Theodosio Imp. rursus bello tentati, superati, & e Thracia expulsi sunt. Sed metus non est tamen sublatus: nam cum Gothorum Rege *Athalarico* Theodosius fœdus iniit; postquam vero Constantinopolim ingressus est, Athalaricus moritur. Gothi proprio Rege carentes annis octodecim sub Rom. Imperatore stipendia fecere. Cæterum non est silentio transeundum, quod scribit *Johannes Damascenus in supplemento Eutropii de Athalarico* in hanc sententiam: *Cum urbem Constantinopolim intrasset, & tam ædificia civitatis, quam quæ ad diem festum confluxerat, populi frequentiam cerneret, ac per singula inhæreret mente, cumque deinceps Imperatoris Regiam ingressus, obsequi officiaque diversa conspiceret; Sine dubio, inquit, Deus terrenus est Imperator,*

Athalaricus Rex, quem Orosius Athamericum vocat.

Gothi Rege carentes sub Rom. Imp. militant.

contra

tra quem quicunq; manum levare ausus fuerit, ipse sui sangvinis reus erit. Sed his missis, ad finem properemus.

Mortuo Theodosio *Gothi* ab Imperio deficientes *Pannoniarum* regno potiti sunt, Arcadio & Honorio ad imperium evectis, nec non negantibus stipendia, qvæ pater Theodosius Gothis dedit. Qvid porro horum Imperatorum tenacitas effecit, experti sunt postea Romanorum Imperatores, Galliarum quoque & Hispaniæ opulentissima regna. *Vid. Jornandem.* Siqvidem denegatis, ut dixi, stipendiis, *Gothi Alaricum Regem* faciunt, relictâ Thraciâ, Pannoniam occupant. Qvinqvennio post hunc tumultum *Radaguisus* Rex ex Illyrico ac Pannoniis in Italiam exercitum CCM. Gothorum duxit, quorum maxima pars deleta, *Radaguisus* fugiens à Stilicone Consule captus in vincula conjicitur, ac paulisper retentus vitâ privatur. Itaque cum prima ista irruptio in Italiam non successit, tentavit alteram eadem tempestate *Alaricus* alter Gothorum Rex,

Gothi Pañoniæ potiti.

Alaricus Rex Gothorum

Radagaisus Rex Gothorũ Italiam primum intrat, capitur & morte punitur.

Alaricus Rex Gothorum Italiam vastat.

Rex, qui ditioni Romanæ & Tl
dosio Imperatori subjectus, atq
contra Eugenium Tyrannum i
tia præbens, propterea Romani
gnitatibus fuerat honoratus.
cum ab Honorio sedes, quo cun
ercitu suo consistere posset, exp
ret, Honorius deliberato cor
Gallias iisdem concessit. Sed
fide circumventi in die sacratis
Paschatos à Saule Judæo quo
jussu Stiliconis, ex victis vict
evasêere. Hinc furore & rabi
citati, cœptum iter deserentes,
mam contendunt petere, cunć
per quæ ierant, igne ferroque
stantes. Nec morâ urbem capi
devastant, incendunt Anno Cl
413, Urbis vero 1163.

Ataulphus Rex Taceo de *Ataulpho* Gothic
ge, qui post mortem *Alarici* e
citum in Italiam duxit. T
de affinitate, quâ propter Pla
am Honorio Cæsari junctus
Taceo, quomodo Placidiæ ing
ac subtilium verborum blandi
tis Rex Gothicus retentus sit,

a in Rom. Imperium tentaret. juia multi classici scriptores lunter tradidere, quæ post ingres. Gothorum in Italiam, usque ad setis victoriam de Gothis, acta , supervacaneum arbitror ea retexere. *Vid. Jornandem Procop, Agathium, Leonard. Aretinum.* jue meæ intentionis est singula a describere, sed solummodo ori-em & colonias, ut præmonui, refere. Attamen non prætereun-a arbitror, Romam ter à *Gothis* cap-n. Primo ab *Alarico*, ut superius um est; de quo ita fertur. Cum *ricus* pergeret Romam, vir qui venerabilis, conversatione mo-hus, eum monuisset, ut mala facere non auderet, neque neci-gauderet, aut sangvine. At *Non ego*, inquit, *volens Romam pro-cor, sed quidam quotidie molestus, uens & dicens: Perge & destrue ci-item. Conf. Procopium, & Joh. Bapt. atium.* Secundo, *Totilas* urbem it A. C. 546. Qui cum ad beati tri limina pervenisset, Pelagius

Roma ter à Gothis capta; 1. ab Alarico A. C. 413.

2. à Totila A. C. 546.

urbis Episcopus præsentiam ejus formidans, solenni religionis indutus, Evangelia Christi tenens in manibus, & genua submittens, *Parce*, inquit, *Rex supplicibus tuis. Totilas autem superbo nimium quasi aspectu dedignans, Nunc itaque, inquit, Pelagi mihi supplicaturus venis? Ad quem Pelagius, nunc, inquit, quando DEUS te mihi Dominum esse voluit. Miserere igitur servorum tuorum. Ex hoc Totilas quasi lenita ira præcepit, ut nemo posthac feriretur. Sed finis esset licentiæ gladiorum & cædibus.* Vid. Procopium qui bello interfuit, & Leonard. Aretinum.

3. ab eodē Totila A.C. 549.

Tertio, postquam à *Totila* & Gothis ad solum destructa erat, à Belisario reædificatur: Verum Totilas triennio post desolationem rediens, denuo eam cepit, sed non sine cæde Romanorum & militum Belisarii Anno C. 549.

Gothorum in Galliis sedes.

Porro de *Gothorum* in *Galliis* sede scribit Procopius in hanc sententiam. Interea *Alarico* mortuo Visigothorum exercitus duce *Ataulpho Galliam* petiit. Et Galliam quidem

ſponte reliquerunt Gothi, vel, ut alii volunt, pulſi à Francis, tutiorem in Hiſpaniis habitationem quæſivere. Sed regnavit quoque in Galliis *Theodoricus Rex Gothorum*, quem Hunni in prælio Catalaunico occiderunt, victorem tamen. Et *Torismundus* ejus filius, qui Athiliam cum Hunnis Galliâ prorſus expulit. Deinde *Euricus Viſigothorum* Rex Avernam Galliæ civitatem occupavit. Prætereo hic multa ſciens, quia ſatis eſſe judico, monſtraſſe ſedes in Galliis Gothos habuiſſe. Vide Jornandem, Sidonium Apollinarem &c.

Theodoricus Rex Gothorum in Galliis. Torismundus Rex. Euricus Rex.

Tempore Honorii circa annum ſallutis 412 *Alaricus* Gothorum Rex, cum in Galliis rerum potius Imperium Gothorum paulatim usque in Hiſpaniam propagavit, ſucceſſorem in utroque regno, Galliarum ſcilicet & Hiſpaniæ Taraconenſis *Ataulphum* reliquit. Poſt quem *Sigericus*; Et illum *Vallia* Rex ſecutus. Quid plura? Haud exiguum Gothicorum regum in Hiſpania catalogum recenſet *VVolfg. Lazius de migrat. gent.*

Gothorum in Hiſpania regnum. Ataulphus Rex Sigericus Rex. Vallia Rex.

 l. 10,

l. 10, quorum seriem producit
rolum V. Rom. Imp. & ej
trem Ferdinandum. Catal
quoque provinciam à Gothl
nomenclatura deducit. Qui l
lectatur, consulat *Lazium* lo
tato.

Tejas Rex Gothorum in Italia ultimus.

Redeo ad Gothos à Nar
Italia devictos. Post morten
Tejas à Gothis Rex eligitur,
Narsete prælio victus & o
nondum primo regni anno
Erat autem Tejas ultimus Re
thorum in Italia: Atque sic *Go*
Regnum in Italia finem habuit.

Regni Gothici in Italia finis.

Gothi ob regis cædem nequa
deterriti; cæterum uterque
citus à Solis ortu usque ad n
pugnabat, factisque tenebris
nox perstabat. Postquàm d
lucescebat, in pugnam reditu
ad Solis quoque occasum eo
que die cum magna utriusque
tis strage dimicatum. Sed G
nusquam pedem referentes,
cti videbantur. Tandem re
berata, Oratoribus quoque ad l

Gothorum contra Romanos pugna pertinax

se

ſelem miſſis, ſe Italia decedere poliſciti ſunt, ſi incolumes abire ſuaq; aſportare permittantur: Sin hæc non permittat Narſes, quamdiu ſuperſtites ſint, tam diu pugnare non deſituros. Quam rem cum intellexiſſet Narſes, mira affectus eſt lætitia, omniaque illis conceſſit, ne adverſus homines, qui æque necis ac vitæ amantes erant, dubia fortuna uteretur. Fœdere igitur icto, ſua aſportantes Italia diſcedere, & nunquam adverſus Romanum Imperium bellum gerere pollicentur. Libertate tamen retenta ſine ulla erga Romanos Imperatores obſequii obſervantia. Hoc pacto Italiæ pax à Gothis reſtituta circa annum Chriſti 553. cum annos quinquaginta octo Italiæ & totius fere occidentis imperium obtinuiſſent. Nam *Theodoricus Veronenſis* Italia anno Chriſti 495. potitus eſt, poſt quem ſeptem Gothorum Reges ordine continuo regnarunt, quorum *Tejas*, ut dixi, poſtremus regno & vita privatus eſt. Fuere quidem antiquiores *Re-*

Gothi Italiâ diſcedunt.

daguisi & *Alarici* in Italiam irruptiones, ut superius commemoratum est; verum nullus illorum, etsi Italiam gravissime afflixerint, regnum, ut *Theodoricus Veronensis*, in Italia aut Romano solo constituit. Sed neque *VVidimyris Gothus* regno in Italia præfuit, quamvis in Italiæ terras ingressus est, verum rebus humanis confestim excessit, successorem *VVidimyrum* filium relinquens, qui acceptis muneribus à Glycerio Imperatore Romano, qui postea apud Salonas Dalmatiæ urbem Episcopus factus, in Gallias tendit. Primus igitur *Theodoricus Veronensis*, ultimus vero *Tejas* inter Gothorum Reges Italiæ imperium obtinuere. Confecto igitur bello Gothico Principes concilio convocato, quid porro agendum sit, deliberant. Pronunciatis itaque libere sententiis, statuunt non indecorum fore, si sub Romana militia, quibus ita fert animus, stipendia facerent; reliquis autem, quo patrius servetur honos libertasque, ten-

Pars Romanæ militiæ adscripta, pars natale solum repetit.

tentare consulant, si qua ratione, quave via in Gothlandiam & primævas sedes pervenire queant. Dimisso concilio in duas partes Gothorum exercitus divisus est, quarum altera Romanæ militiæ adscripta in Italia remansit, altera occasionem captans, quo sese tuto itineri mandare poterat, non destitit, donec *Gothlandiam*, solumque, ex quo natale traxit, denuo ingressa est. Cujus rei testimonia apertissima in Gothlandia etiam nunc extant. Siquidem lingva, qua hodie utuntur *Gothlandi*, indicat reliquias Gothorum in hanc Insulam rediisse. Complura enim vocabula Romanum sapiunt sermonem: nam *mamma* vox infantibus à matribus sic edoctis, quemadmodum & vocula *tata* frequentissima est: Item, *boje*. Pleraque quoque corruptæ proferuntur, uti *mausa* pro *musca* & *mys* pro *mus*, nisi hoc Græcum dicere vis; nam sunt & Græca quædam illis in usu, quamvis paululum declinant nonnulla. *Terra* vox minoris ad

 majo-

majorem. ὁπλὴ ungula Gothis progenuit vocabulum Hoppe / equam significans. His adde quod literas Gothicas, quæ adhuc ubivis locorum in Dania & Gothlandia visuntur, & a nobis antiquo nomine *Rune* vocantur, a *VVulfila* Gothorum Episcopo primum orthodoxo, mox sub Valente Imperatore Arianæ hæreseos assertore pertinacissimo inventas, librosque sacros in lingvam Gothicam conversos asserunt antiqui scriptores, & inter illos Socrates hist. Eccles. l. 4. c. 33. Cui quidem sententiæ, quantum ad literarum Runicarum primam originem pertinet, subscribere nolo, cum monumenta illa saxea posteris adhuc in Dania ut & Gothlandia obvia, & de quorum vetustate nullus dubitare potest, evidentius evincunt, literas illas Runicas multo vetustiores esse. Sed magis mihi arridet Judicium Bonaventuræ Vulcanii, qui hunc in modum de Wulfilæ opera in literatura Runica sic disserit: *Ego vero pace horum autorum*

Literæ Gothicæ Runæ vulgo vocatæ, à VVulfila Gothorum Episcopo dicuntur inventæ.

Geti-

Geticarum literarum usum apud Getas longe ante Gulphila tempora viguisse existimaverim; sed per Gulphilam Romanis primum innotuisse, quippe qui in lingvam Gothicam Biblia sacra converterit, cujus exemplar MSC. idque vetustissimum Gothicis literis majoribus scriptum in aliqua Germaniæ Bibliotheca delitescere audio.

Porro reliquiæ Gothorum circa annum Christi quingentesimum quinquagesimũ septimum in Gothlandiam redeuntes à gentilibus suis perquam amice suscepti sunt, cum quod pestis, quæ paulo ante tempore Justiniani Imperatoris grassata est, miserabili strage Gothlandiam affecisset, tum quia à vicinis & præsertim orientalibus populis Livoniam, Curlandiam & Estiam incolentibus piratica infestabantur. Provinciam, quæ illis à Gothlandis concessa est, *Romam* appellavere, ut nomen Romanum saltem apud illos maneret, qui caput orbis toties afflixerant.

Gothi in Gothlandiam redeunt A. C. 557.

(De hac peste Nicephorus l. 17. c. 17.)

Provinciam sibi concessam Romam appellant; quod nomen adhuc retinetur.

Hoc in loco apud Gothos postea ex-

exſtructum eſt monaſterium ordinis Benedictini, cujus templum totum marmoreum erat. Extat igitur etiamnunc nomen *Romæ* in eadem Gothlandiæ provincia, antiquarum rerum veſtigia & indicia referens. Gothorum ſane Reges, & in his Autalphus ardenter inhiabat (Oroſio lib. 7. c. 43. teſte) ut, obliterato Romanorum nomine, Romanum omne ſolum Gothorum imperium & faceret & vocaret, eſſetque, ut vulgariter loquar, *Gothia* quod *Romania* fuiſſet. &c. At ubi hæc à Gothis in Italia compleri non potuerunt, *Romam*, ut dixi, in Gothlandia conditam harum rerum monumentum maximi fecere.

Et hæc ſunt quæ de Gothorum.

Migrationibus & coloniis ex variis collegi monumentis antiquiſſimis, quæ in *Gothlandia* etiamnunc viſuntur, quibus eo major fides habenda, cum ab antiquis rerum Gothicarum ſcriptoribus parum aut

nihil

nihil discrepant. Porro de bellis quibusdam, quæ Insula sustinuit *Gothlandia*, pergere volo.

Gothlandorum fortunæ multi non solum privati, verum etiam Reges & Principes invidebant. Hinc sæpenumero bello tentati, verum non multitudo hostium, non consilium, non incœptum, non vires, non denique eventus exspectationi respondebant. Tentata res est à Svecis, Russis, Livonibus, Curis, Estonibus, Prussis, Sclavis aliisque gentibus Oceano orientali finitimis. Gothlandi autem, libertate retenta, quæcunque damna illata sunt, levia putabant. Ante alios, qui Gothlandiam armis aggressi sunt, longe atrocissimus erat Rex Sveciæ *Ericus* hoc nomine *septimus* à victoriis celeberrimis agnomen sortitus; Hic cum Daniæ Regem *Svenonem* hujus nominis *primum* Christianorum osorem & persecutorem acerrimum bello in Scania devictum in exilium ad Norvagienses, Anglos & Scotos compulisset, insolentior factus,

Gothlandia à variis infestata gentibus

maxime ab Erico secundo Sveciæ Rege A. C. 980.

Goth-

Gothlandiam An. Christi 980. navali bello infestabat, crudelissimeque, quos in captivitatem abstraxisset, afflixit. Quamobrem Gothlandi vocatis ad concionem principibus & populo de Legatis ad Regem Sveciæ mittendis consultant; verum qui munus Legationis susciperent, non reperiebantur, maximeque terroris causa pro se quisque Legationem recusabat. Tandem integro die disceptationibus extracto, unum omnium *Halvarum* à gracilitate tibiarum *Straabeen* cognominatum deligunt, qui apud Regem de pace agat. Hic summo in Gothlandia natus loco, facundia omnes anteibat. At quoniam Rex omnibus formidabilis extitit, concione advocata hujusmodi orationem *Halvarus* habuit: *Quod felix faustumque sit vobis reique publicæ, non desunt in Gothlandia qui me autoritate & sapientia longo post se relinquunt intervallo; quare hæc Legatio cum magis diserto, tum prudentiori dari posset. Sed tamen munus mihi concreditum haud recusabo, dum-*

Oratio Halvari Straabeen ad populum Gothlandicum ante Legationē suam in *Sveciam.*

dummodo legationis hujus periculum, quod in caput meum redundabit, æqua trutina apud vos examinari intellexero. Regem Sveciæ quis non animadvertit victoriis elatum cædibusque crudelem? Cum vos supplices senserit, Gothlandiæ vires conquassatas opinabitur. Horret animus referre, quam miseras & intolerandas pacis conditiones præscribat; quibus amplectendis si supersederimus, confestim me lictoribus, ergastulariis nec non carnificibus torquendum & excarnificandum tradi videre videor. Quod malum, quo æquiori animo tolerari queat, mulctam quasi trium homicidiorum vobis irrogatam, mihique periculosissimæ Legationis præmium numerandam postulo: Nam me neci dato, de uxore & filio conclamatum est. Hanc mulctatitiam pecuniam, quam exigo, apud tres primores deponi volo. Quodsi reditum in patriam fortuna denegaverit, inter uxorem & filium æqua portione bipertiatur, ut non solum meæ necis, verum etiam suæ viduitatis uxor, orphanitatisque filius solatium habeat. Verum si re salva beneque gesta legationis nuncius rediero,

dicero, præmium nullum posco, mu quam præscripsi, ad ærarium rede tis præmii habeo, si a civibus mei bona receptus fuero gratia. Hal quidem hæc locutus, omniur conciliavit animos. Accidit, ille se itineri accingeret, ut inte menta, quorum gregem nun sum possedit, tergeminos pull qua enixa est. Quod ipsum in c non tam prosperioris succ quã levioris periculi accepit. Q obrem nec ita multum mo Sveciam petit. Forte dum hi appulit, regale apud Upsalam bratur convivium. Hac re co Legatus, quem decem ingen venes egregie armati consecuti ornatiore indutus chlamyde, am ingreditur, Rege Regin consalutatis in medio aulæ sp innixus substitit. Munerum de quæ honoraria appellantur, mentione, Regem, quantum tuit, verbis miram gravitaten dolentibus humillime obsecrab dona à Gothlandis missa non d

c

ceret. Dona autem tulit, actuariam navem, qua ipse vectus erat, equos insuper & boves haud exigui pretii, quos oneraria navis advexit. Tum vero Rex non sine ira infit: *Inter mirabilia referri debet, Gothos, allatis donis, Regem Sveciæ supplices salutatum venire.* Ad hæc Halvarus: *Longe gentium absit, nos cuique supplices porrigere manus. Sed habitus non sordidatus aut squalidus, verum militaris & nitore præstans liquido indicat. Viros fortes & magnanimos nulla vis absterreat, quin mandata conficiant, etiamsi jus gentium ubique locorum Legatos tutos proclamaret. Itaque si pacem, quam afferimus, Rex amplectitur, neq; Xenium respuat, nobis gratum erit, si armis magis delectatur, & nos bellum aperte denunciamus.* Quibus verbis permotus Rex, Halvaro comitibusque singulis mortem interminatus est. Ad ea Halvarus intrepide ita respondit: *Sane vero pro patria oppetere mortem gloriosum esse reor. Quem mors non territat, quomodo minas reformidaret?* Tum Regem non solum

Lega-

Legati constantiam mirum in modum admiratum, verum etiam mutato animo de donis benevole interrogasse ferunt. Quod cum Halvarus animadvertit, *Dona*, inquit, *O Rex! attulimus eximie splendidissima Celocem de industria ornatam atque armatam, duodecim insuper equos tolutarios nivei coloris; his viginti boves auratis cornibus utique non macilentos adjungimus. Hæc, inquam, tuæ majestati gloriæ, nobis honori, hosti perniciei esse possunt.* His auditis denuo Halvarum his verbis Rex allocutus est: *Perquam velim scire, quidnam novi in Gothlandia acciderit, cum gens bellica virtute insignis pacem amplexa est.* Tum Legatus prodigiosi partus memor ita ad rogatum respondisse fertur. *Ecastor nihil, quod sciam, antequam legatio mihi data est, præter spem evenit: Verum dum res navigationi necessarias destinabam, armentarius equam tres pullos peperisse denunciabat.* Quod responsum sicut convivis risum movit, ita Regem, ut ultra inquireret, instigavit. Inquit ergo, *sugentibus duobus, quo-*

modo

modo sese tertius habet? Halvarus gladio suffultus, cum considerabat inter convivas summum locum obtinere Legatos Regum Daniæ & Scotiæ, qui apud Regem Ericum, quamvis frustra, Svenonis Danorum Regis nomine de pace agebant: *Non meliore*, inquit, *loco res pulli, quam nostra videntur. Ille siquidem calcibus impetitus spe lactatur, nos dum alii usque affatim edunt, bibunt, jocantur, quæstionibus conficimur.* Conversus igitur Rex ad Reginam & convictores: *Et æquum dicere videtur*, inquit, *Halvarus, & nos ob respondendum libertatem, qua usus est, quæstionibus super sedemus.* Legatum igitur ad mensam stantem sic allocutus fertur. *Quandoquidem scitus mihi videri hospes, hodie te nobis lepidum convivam exhibeto, crastina die seria agamus.* Postero die fœdus hoc pacto ictum est. *Rex quotannis in Gothlandiam verno tempore mitteret Fœcialem, qui pacem liberamq; navigationem proclamaret, Gothlandi vicissim in singulos annos Regi sexaginta pondo argenti numeraret. Navali*

Fœdus facit Halvarus cum Rege Svecia.

vali quoque ingruente bello, Regiam classem decem navibus excellenter armatis adaugerent. Fœdere icto, Ericus Halvarum aurea torque singulosque comites gladio, arcu & pharetra sagitis musta donavit. Re bene gesta Halvarus prospera navigatione usus in patriam rediit. Qua re cognita ad portum utriusque sexus multitudo confluit, nec vero erat omnium quisque, qui non summis laudibus Halvarum extollebat. Jam vero *pacis*, jam *patriæ pater* appellabatur.

Olaus Sveciæ Rex Erici filius Gothlandis auxilia contra Harquinũ Suenonis Reg. Dan. fratrem mittere superscedera.

Mortuo Sveciæ Rege Erico variæ rerum mutationes exortæ sunt. Siquidem Daniæ Rex Sveno ab exilio rediens Syritham Erici uxorem sibi matrimonio sociavit. Olaus Erici filius in Patris locum succedit. *Haquinus* Svenonis frater, qui Sembiam bello subactam possedit, Gothlandiam ex improviso aggredi moliebatur. Hac re per speculatores cognitâ, confestim missâ ad Sveciæ Regem Olaum Legatione, quatenus contra Haquinum auxiliarem mitteret

teret classem secundum fœdus superioribus annis inter Svecos & Gothlandos confectum: Neque verò quicquam auxilii subsidiive ab eo impetrari potuit. Itaque exemplo exercitum navalem contra Aquinum conscribunt. Verum re infecta Haquinus è medio sublatus est Anno Christi 1010.

Gothlandi igitur ab illo tempore usque ad annum 1361. libertate retenta, nulli potentia aut armis cedebant, At anno 1361. *VValdemarus IV.* Gothlandos bello subactos Regno Daniæ adjecit. Verum tempore *Margareta* VValdemari filiæ ab Alberto Rege Sveciæ obtenta, pauloque post anno 1388. *Alberto* capto non solum *Gothlandia* regno Danico restituta, sed & totum *Regnum Sveci-cum* sceptro subjectum. Anno autem 1398. tempore ejusdem Reginæ a *Marianis* in Prussia, quos *Dominos Cruciferos* appellabant, Gothlandia intercepta, verum à *Margareta* recepta est. Postea anno 1448. Rex *Ericus* Margaretæ ex sorore Nepos ibi

Gothlandia a VValdemaro IV. Rege Daniæ debellata A. C. 1361.

à Prussiis Cruciferis intercepta est A. C. 1398. a Regina Margareta mox recipitur.

Ericus Pomeranus ibi obsessus a Suecis liberatura Christierno Daniæ Reg.

à Svecis, postquam Regnum Danicum reliquisset, obsessus, sed à *Christierno* I anno Christi 1449. obsidione liberatus atque in Pomeraniam profectus, quemadmodum Ducatu Regnum, ita vitam morte commutavit.

Christiernus vero debellatis in Gothlandia Svecis, constitutoque præfecto Olao Axelson in Daniam reversus est, Olao defuncto, ejus frater Ivarus præfecturam ab eodem Rege adeptus est. Qui cum uxorem duxisset Caroli Canuti, Regni Svetici contra fidem præstitam affectatoris, filiam, à *Johanne* Rege Daniæ præfecturâ suâ submotus est In *Ioari* locum substitutus est Johannes Halgerson, huic Laurentius Schiakel suffectus est. Post Laurentium *Christiernus* II. Anno salutis 1517. Severinum Norby præfectum constituit. Hic anno 1523. ab exercitu Gustavi Regis Svecorum in arce VVisborg obsesso, sed frustra, nam summa virtute Severinus Norby obsidionem

nem ſolvit, hoſtes profligavit, inſulaque expulit. Sed anno 1525. tempore Friderici I. à Lubecenſibus, qui partes Friderici juvabant, contra Chriſtiernum exulem, cujus nomine Gothlandiam Norby occupavit, obſeſſum eſt præſidium Severini Norby in arce, dum ipſe in Scania fortunam tentabat. Civitas autem VVisby a Lubecenſibus capta, arx VVisbory permanſit invicta. Ac vero Severino Norby in Scania victo, reque per ſenatum Regni compoſita, Caſtro quoque VVisborn per Ottonem Krumpen nomine Friderici Regis Daniæ deditione recepto, Severinus ad Carolum V. Rom. Imperatorem confugit. Lubecenſes igitur ob præſtitam in hoc bello operam contra Chriſtiernum conſenſu Regis *Friderici* Gothlandiam quatuor annos obtinuerint. Poſtea continuo ſub Danorum imperio ſecurâ gaudens pace hodie obſequium *Friderico II.* Rege ut pio ita juſto præſtat Inſula, idque ſub Præfectura Viri

ri genere virtutibusque cla[i]
Christophori VValchendorp[h]
jus eximia probitas singul[i]
prudentia incolis quotidi[e]
probatur.

Explicit.





